redibus redemptionem desiderantibus satisfacere cogitur, per restitutionem rei emptæ, etiam si magistratus decretum & curatoris autoritas non accesserit, per Text. in l. I. C. quando decret. opus non sit. Tiraq de R. C. §. 1. gl. 6. n. 28. & seqq. Boer. decis. 182. num. 24. quos sequitur Berlich concl. 2. part. 2. num. 30. Carpzey. 2. def. 14. c. 1. Sic eadem ratione mulierem quoque bona retrovenditioni subjecta possidentem, ad postulationem venditoris sine curatoris consensu illa revendere posse concludit Wibelius ad Confl. Ducat. Würtemb. qua extat in jure Würtemb. part. 2. sub tit. 29. Von Contracten der Weibspersonen und wan solche kräfftig. §. 4. num. 55. pag. 33. 3. Praelatus emens nomine Ecclesiæ, aliquique administratores possunt in actu contrahendi præjudicare ecclesiæ & iis quorum administratio nem gerunt, ut probant Tiraq. de R. C. ad fin. tit. num. 20. C. de quarta & cap. Veniens. X. de prescript. Mantua. d. n. 15.

XVII. Quidam personam venditoris, quin etiam usufru etuarjus sub hoc pacto usumfructum vendere possit, nulli dubitamus per l. 12. §. 2. l. 35. §. 1. l. 38. 39. l. 67. ff. de Usufr. Venditur autem in tali casu non ipsum jus personale utendi fruendi l. 8. §. ult. de peric. & comm. Rei Vend. sed jus percipiendi fructus, quod scil. principaliter in persona venditoris consistit, & emptori non nisi ex persona venditoris competit, ideoque mortuo venditore extinguitur. C. I. A. de Usufr. th. 27. num. 4. Bachov. in not. ad Treutl. disp. 16. th. 10. lit. A. vol. 1. Sutholt. disp. 5. th. 43. Reinch. de Retractu consang. q. 3. n. 93. & seqq. De vasallo, licet cautum reperiamus, quod feudum inconsulto domino vendere non possit. 1. Feud. 5. 1. Feud. 13. adeo ut etiam tabelliones scienter super hoc contractu instrumentum confidentes infamia & amputationis manus dextra poena plectantur. 2. Feud. 52. v. si quis verò & tit. 55. in pr. vers. scriba tamen sub hoc pacto incontinenti venditioni adjecto alienantem, feudi privationem evitare concludunt per l. 4. §. 10. ff. de Usurpat. & Usuc. Schrader. de feud. p. 9. c. 1. n. 29. Zaf. in Epitom. feud. part. 10. n. 4. & seqq. Molinaus in Comment. ad Confl. Paris. §. 51. gl. 2. n. 13. & seqq. quod non censeatur fundum alienare, qui actionem ad eum recuperandum habet. l. 52. ff. de A.R.D. Et is, qui actionem ad rem recuperandam habet, ipsam rem habere videatur l. 15. ff. de R. I. Tiraq. de R. C. §. 1. gl. 7. n. 4. & ad fin. tit. n. 155. Ubi hoc quoque in emphyteuta alienante emphy-

emphyteus in obtinere ait. Videtur enim pactum hoc tantum operari, ut originale jus feudi penes ipsum vasallum manere censeatur. Præsertim verò hoc procedet ex consuetudine resignationis vel Aufflassung / ut vocant hodie in Imperio Germanico, recepta, quâ vasallus, licet alteri feudum venuſiderit, nihilominus pro vasallo habetur, nec feudum amittit, donec jus suum coram Domino feudi cesserit & refutavit, bish er das Lehen auffgelassen de qua testatur Hartmann. Pistoria lib. sing. obſervat. 230. per tot. V. th. 22.

XVIII. Quæcunque antea quoad personam emptoris retulimus, eadem asserimus etiam de ejus heredibus. *Trentacing. resol. X. lib. 3. num. 2. Ludovic. de Casanate. conf. 6. n. 26.* quia meliorationes sunt quid hæreditarium, ad omne genus hæredum transitorium. *Boer. decis. 182. n. 21. Schrad. 2. p. 9. sect. 2. n. 51.* Accedit quod jus ex pacto quæsumus regulariter in hæredes transmititur. *I. 49. ff. de O. & A. sive illud pactum de dando sive faciendo sit conceptum I. 13. C. de Contrah. stipul. nulla etiam hæredum facta mentione. d. I. 13. Quoniam plerumque tam hæredibus nostris, quam nobismetiis cavemus ex sententia Celsi in I. 9. ff. de prob. Perez. ad I. 2. C. de pacl. ini. emt. n. 13. Boer. d. I. Berlich. p. 2. concl. 2. n. 22. & 23. Mantica de tac. & amb. conv. lib. 4. T. 32. n. 19. & seqq. & n. 34. Quam assertionē in successoribus ampliamus, & licet pro ratione dubitandi facere posset, quod pactum cum una persona factum, non habeat locum in alia l. si unus. 27. §. 4. v. ante omnia ff. de partibus ac jure tertii nemo regulariter se juvare possit, l. loci corpus 4. §. 7. competit ff. si servit. vindic. l. cum servum. 6. C. de servis fugitiiv. fallit tamen hoc, si quis succedat in locum & jus tertii, ab eoque causam possessionis habeat. cap. 46. de R. I. in sexto Reink. de Retractu Confanguinit. cum allegatis queſt. 2. n. 484. & seqq. successor autem causam habet ab antecessore, ideoque non immerit eidem suffragari debet jus, quod habuit antecessor I. 13. §. 1. & seqq. ff. d. vel A. P.*

XIX. Ex eadem ratione nec singularem successorem ab hoc jure excludunt. p. I. 14. §. 1. ver. sed si i. qui à me emerit. ff. commun. divid. Socin. conf. 158. lib. 2. num. 28. Cravetta. conf. 148. §. 1. quia omnes exceptiones, quæ competunt venditori, competent etiam ipsis singularibus possessoribus habentibus causam

ab eo mediante venditione, cùm jus accipiendo transeat in singularē successorem l. fin. ff. de Exc. Rei Vend. l. 8. ff. de jure, l. si mater. II. §. item Julianus. 3. & §. si egero. 9. l. si Exceptio. 28. ff. de Exc. rei judic. Et emtor semper ex persona vendoris experiatur. l. dolia 76. §. 1. de contr. empt. ejusdemque eadem causa esse debebat circa petendum ac defendendum, quæ fuit vendoris l. 156. §. 3. ff. de R. I. Quæ quidem licet regulariter in persona emptoris obtineant, ita ut, sicut pactum vendoris nocet emptori. l. Venditor. 13. pr. ff. communia predior. uti & factura vendoris l. ult. & ibi. Bart. ff. de nov. oper. nunc & l. stipulatio ista 38. pr. & §. sicut. 5. ff. de V.O. ita & pactum vendoris pro sit emptori. arg. l. secundum naturam 10. de R. I. Cùm dispositum in uno relativorum censeatur etiam dispositum in altero l. fin. C. de indict. vid. tollend. Bapt. de S. Blasio ad reg. Correlativ. ac prædium ita venditum non possit aliter in secundum emtorem transferri, quām cum sua causa & onere. l. 2. l. fin. C. sine censu vel reliq. & in l. alienatio. 67. ff. de contrah. empt. Attamen cùm pactum hoc retrovenditionis rem non afficiat, adeò ut nec primus vendor pecuniā oblatā in rem agere & eam à tertio vindicare, ex veriori Dd. sententia Faber, decad. 24. Error. I. & seqq. Bachov. ad Treutl. I. disp. 28. th. 10. lit. A. & O. O. disp. 4. de Act. th. 16. fol. 148. sed eo in casu contra primum emptorem vel ejus hæredes tantum ad interesse agere possit. Gail. 2. Obf. 16. Magnif. Dn. D. Tabor de pacto retrovendit. th. 38. cum all. Reink. de Retract. Consangu. quest. 9. num. 81. Consequenter actio ex hoc pacto sit personalis, cuius perpetuam notam esse, quodd. non detur adversus tertium possessorem, constet ex l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. l. l. §. si hæres. 16. ff. ad Sct. Trebell. l. 15. C. de donat. l. 13. C. de O. & A. & Gail. all. obf. 16. num. 4. Quam sententiam judicio Cameræ Imperialis approbatam esse scribit Carpzov. 2. conf. 1. def. 16. Necessariò sequitur, jus meliorationum, quod in exceptione consistit, & quatenus hic illud consideramus, in singularē successorem non transire. Mantica d. Tr. lib. 4. T. 32. num. 45. & 51. & 59. 62. & seqq. Trentacinq. lib. 3. var. resol. 10. num. 17. vers. secunda est opinio. Berlich. part. 2. concl. 2. n. 13. & seqq. Argentraus consultat. 2. num. 18.

**XX.** Progredimur ad subjectum occupans, quod complebitur

plectitur personas, adversus quas jus meliorationum competit;  
 Et ex natura correlatorum facile apparebit, contra quemvis venditorem, jus ex pacto repetendi habentem, illud competere. Quamdiu enim ille meliorationes, quas emtor vel hæres ejus ac successor erogavit, refundere detraftat per l. 12.  
 §. 8. ff. de A.E. actionem cum effectu intentare nequit, obstat enim illi semper hæc exceptio. Improbè enim facere videatur, qui non patitur reineri, quod mox reddendum; & animum satis malitiosum declarat, se nimis nullas meliorationes esse soluturum, nisi fundo, qui pignoris instar, caret, ut ait Cuiac. in Parat. & Perez. ad. l. un. C. etiam ob Chirog. pecun. Adeoque contra editum quod quisque juris in emtorem, statui desiderat, quo ipse uti reculat. Ex quâ conclusione, si res vendita sit sub conditione seu pacto de retrovendendo, retrahens non nisi cum eodem onere admittitur arg. eorum quæ tradit Martin. Pegu. in tract. vom vorbehaltenen Widerkauffen. cap. 12. & lib. i. vom Verkauff oder Einstandt. cap. 5. allegat. à Reinck. cum multis aliis de retr. consangu. quæst. 5. n. 13. & seqq. Pari modo repellitur hæres, quia regulatriter pacta non tantum activè, sed & passivè ad hæredes trans-eunt, etiam si illis mentio facta non fuerit l. stipulatio ista habere licere. 38. pr. l. 56. §. 1. ff. de V. O. l. 1. C. de constit. pec. ideoque annotant Dd. ad l. 2. C. de pact. int. emt. jus implendi conditio-nem ex pacto quæsumus transire ad hæredem ejus, qui debet implere Tiraqu. de R. C. S. 1. gl. 6. n. 27. Gail. 2. O. 2. n. 4. Unde est quod acceptans ab altero contractum celebratum singu-las conditions ac pacta contractum coacomitanlia quantumvis onerosa acceptare intelligatur l. Cajus. 23. ff. de manu-mis. l. 1. l. fin autem. 29. ff. de pact. Treutl. cons. 39. n. 90. v. 1. Quia pacta dicuntur leges contractuum l. 10. C. de Patti, ac pars con-ventionis l. si venditor. 6. §. fin. ff. de serv. export. l. pen. ff. de hared. vend. Schurff. cons. 3. n. 3. tent. 1. Qui itaque pacta antecessorum in onerosis non vult agnoscere, verus hæres non est aestiman-dus, & per consequentiam actio etiam ex hoc pacto ipse est deneganda. Et quamvis pro ratione dubitandi opponi poslit, quod antecessor in præjudicium successorum, præsertim de rebus feudalibus, ita pacisci non possit, quia res inter alios

acta tertio non præjudicat, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur l. non debet 74. ff. de R. I. & successor, qui causam non ab antecessore, sed primo acquirente habet, ejus nomine gravetur, contra l. 22. §. 1. de adopt. l. 3. ff. de interd. & releg. Nov. 22. cap. 33. l. ab eo C. de Fideicomis. Attamen hujusmodi pacta etiam hæredes obligare docet arg. §. 1. I. de perpet. & temp. aff. Covarruv. pract. quest. cap. 39. Et quatenus successor in Elektoratu, Principatu &c. teneatur stare contractibus, pactionibus &c. ab antecessore initis, fusè prosequitur Magnif. Dn. D. Tabor in Tract. synopt. de obligat. success. in offic. Reinking. de Retr. consanguin. quest. 3. n. 163. & seqq. & de Regim. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 3. cap. 10. n. 25. & seq. & n. 32. Ubi tanto magis hæredes obligari dicit, si in contractu addita sint verba, pro se & successoribus. ibi alleg. Quibus add. Reboll. de Obligat. Justitia lib. 7. quest. 9. sect. 1. & 2.

XXI. Datur quoque exceptio de non solutis meliorationibus contra cessionarium, in quem vendor per donationem, venditionem, vel aliam cessionem jus retrahendi trans tulit, cum enim ea, quæ de prohibitâ cessione juris retractus passim invenire licet, non veniant extendenda ad retractum conventionalem, nisi expresse conventum fuerit, quod vendor alteri cedere non possit, quæ conventione utique servanda arg. l. 1. §. si convernerit 6. ff. depos. Cagnol. ad l. 2. C. de pacis inter Em. n. 42. Mantica de T. & A.C. lib. 4. T. 32. num. 13. Trentacinqu. lib. 3. Var. Resol. 10. n. 5. & seqq. & Tiraqu. all. ac proinde quævis actiones conventionibus in alios transferri possint l. ult. C. de hæred. vel act. vend. l. 1. C. de novat. Bachov. in not. ad Treut. 1. diss. 28. th. 10. lit. C. Carpzov. p. 2. jurispr. forens. const. 1. def. II. Berlich. part. 2. concl. 2. n. 27. Carol. Molin. in consu. Paris. tit. I. §. 20. gl. 1. num. 20. Mantica de T. & A. Conv. lib. 4. t. 31. & tit. 32. n. 13. Ludovic. de Casanate const. 6. n. 17. nihil obstabit quod minus hæc quoque actione aliis cedi possit. Tenetur itaque talis singularis successor adimplere pacta inter primos contrahentes inita, quia surrogatur in locum vendoris, ac per omnia idem habetur, & in ejus vestigia transit, proinde ac si ipse vendidisset. Carol. Molin. per ante tradita, & magno numero allegata à Reink. de Retr. consanguin. quest. 5. num. I.

XXII.

XXII. Quibus cognitis patescit, materiam objectivam  
 five circa quam hujus juris esse & recte constitui Rem Venditam, pacto tamen retrovenditionis obnoxiam. Vocabulo  
 rei hic comprehendimus 1. Propriam, licet enim regulariter  
 hujus juris effectus dentur in re aliena p. l. 4.8. pr. de R. V. l. 33. de  
 condit. indeb. ac propterea qui in rem suam impendit, suum ne-  
 gotium gerere videatur, qui proinde hoc juris remedio per l.  
 58. §. 2. ff. ad SCI. rebellianum carere deberet; quoniam tamen  
 eæ quoque res in jure nostro alienæ dicuntur, quæ non tan-  
 tum ipso actu in alterius dominio sunt, sed etiam illæ, quæ li-  
 cet tempore factarum impensarum in dominio possessoris sint,  
 in ea tamen causa constitutæ, ut certo casu inde in alterius do-  
 minium transituræ sint; Quomodo res aliena dicitur, quæ fi-  
 deicommisso obnoxia. l. ult. §. 2. & ult. C. commun. de legat. res  
 vendita ante traditionem l. 21. ibi si neglexisset ut alienum. ff. de ha-  
 red. vel act. vend. l. 18. §. 9. ff. de damno infest. res dotalis l. 7. §. 12.  
 inf. l. 24. §. 5. ff. solut. matrim. quæ propter impensas justè reti-  
 nentur, atque hisce rem pacto retrovenditionis obnoxiam me-  
 ritò anumeramus Ant. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 16. def. 4. neque  
 tamen cum Berlichio. 2. concl. 2. n. 57. emtori nostro dominium  
 denegamus, ac jus saltem usufructuario simile tribuimus,  
 quem refutat Carpzov. 2. conf. 1. defin. 18. n. 13. 2. Præcipue im-  
 mobilem l. 2. in pr. C. de pact. int. emt. ibi si fundum cuius vocabuli  
 significationem variare patet ex l. 60. 115. & 211. de V. S. Gadd.  
 ibid. cum illi hoc pactum plerumque in venditionibus adjicia-  
 tur ne quis scil. re sua, quam forte ex successione majorum ac-  
 cepit l. 22. C. de administrat. tut. vel curat. t.t. C. de reb. minor. non alien.  
 in perpetuum carere cogatur l. 38. ff. de R. V. l. 25. ff. de pign. act.  
 quæ ratio in rebus mobilibus cessare videtur, cum illæ facile  
 pecuniâ parentur & distrahantur, ut loquitur Molineus ad consu.  
 Paris. t. I. §. 13. gl. 5. n. 49. ac omisssâ & neglectâ eorum custodiâ,  
 fluxa admodum ac quodammodo abjecta sit earum possessio.  
 l. si rem immobilem. 47. ff. de A. vel A. P. l. 44. eodem l. 15. pr. qui satis-  
 dare cog. Reink. de retract. consang. quæf. 3. num. 105. & seqq. licet de  
 pertinentiis rerum immobilium, quales sunt castrorum muni-  
 tiones, si castrum cum tormentis bellicis vendatur de quibus  
 C. A. ad tit. de contrah. empt. th. 29. cum allegatis videre licet, ut & de  
 mobili-

mobilibus pretiosis aliud dicendum l. 22. C. de administ. Tut. Motin d. l. Venditioni etiam rerum moventium, quæ mobilibus annumerantur in l. 93. & ibi Gedd. de V. S. hoc pactum adjici solere probat Francisc. Zonaret. ad h. l. 2. C. de pactis inter empt. & vend. num. 130. Nec refert 3. Allodialis sit seu feudal is cap. i. vers. Titium 2. Feud. 26. Mysinger. 10. cent. 4. obs. 85. n. 6. Anton. Gothofr. difsp. de feud. 9. th. 5. g. C. A. ad tit. de contr. emt. th. 29. in arnotat. Hartm. Pistorius p. 2. quest. 5. & 7. Rosenthal de feud. c. 9. memb. 2. conclus. 87. & seqq. Schrad. p. 8. c. 3. & seqq. Fachin. 7. controv. c. 8. conf. th. 17. 4. Secularis an Ecclesiastica c. 1. X. de restitut. in integr. Gars. de Expens. cap. 18. n. 16. & n. 34. & 36. Marta digest. 4. tit. meliorationes cap. 15. Anton. Niger. pr. cap. 8. n. 30.

XXIII. Immobilibus seu rebus soli annumerantur 1. etiam res solo cohærentes, ut arbores, sylvæ, molendina &c. & licet de iis, quæ vento agitantur, controvertatur: an rebus mobilibus vel immobilibus accenserit debeant? pro conciliandi tamen ratione haec distinctio facit, quod immobilibus ascribantur, si ita facta, ut loco non moveantur arg. l. 1. §. planè 8. ff. de vi armat. l. 18. ff. d. A. E. si verò eā intentione comparata sunt, ut hinc inde transferantur, mobilibus accenfentur l. 60. de A. R. D. Rosenthal. de feud. cap. 4. concl. 4. n. 1. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 4. Regner. Sixt. de Regal. lib. 2. cap. 2. n. 71. & plures all. à Reinck. d. tr. quest. 3. n. 116. & seqq. 2. Annui reditus, quilibet per se & ex sua natura neque mobiles neque immobiles sint, sed tertiam quandam speciem constituant §. 1. I. de acquis. per arrogat. Carol. Molineus in confv. Par. §. 94. gl. 1. num. 18. Köppen. p. 1. dec. 24. n. 7. regulariter tamen tam Jure Civili, quam Canonico hos immobilium jure censeri patet ex l. jubemus nulli 14. §. 1. C. de SS. Eccles. l. hanc edictali 6. §. hū illud i. C. de secund. nupt. l. ult. §. praterea 2. ibi vel ades vel certum reditum, C. de jure dot. Clement. Exixi, ibi cumq; annui reditus inter immobilia censemur d. V. S. Schrad. p. 3. c. 3. num. 2. Gail. 2. O. 10. n. 1. Reinck. de R. conf. quest. 3. n. 77. & seqq. venditioni autem horum reddituum ferè semper pactū redimendi adjici solet teste Carpzov. part. 3. Jurisp. forens. conf. 24. def. 13. num. 1. An fructus pendentes? Aff. ab Afflito de jure proximis eos ad pr. confit. Frid. n. 4. Reinck. & all. ab ipso d. quest. 3. n. 89. sed verior videtur Negativa Idem n. 90. & seqq. C. A. ad tit. de C. emp. th. 29. in notis.

notis. 3. Porro immobilibus cohærent pisces in lacu vel stagno, eò ut multiplicentur repositi, castrorum munitiones, si castrum cum machinis bellicis vendatur; Item jura incorporalia, ut jurisdictio vel potius commoda jurisdictoris Cagnol. ad l. 2. C. de paclis inter emt. n. 248. servitutes Gail. 2. O. II. num. II. Jus exigendi vestigalia, pedagia, gabellas, decimas Cagnol. d. l. Gail. 2. O. 64. n. 5. & seqq. quod extenditur ad actiones & nomina Tiraqu. hic §. 1. gl. 7. paſim. Reineck. quæſt. 3. num. 101. & seqq. C. A. ad tit. de com. enu. l. all. Gail. 2. O. II. n. 9. unde videre licet, instrumenta hujusmodi contractuum ita formari: Nos &c. profitemur quod N. vendidimus oppidum vel castrum, cum stagno, sicut jacet, cum ad vocatio noſtra, qua ad dictum caſtrum pertinet, cum curia noſtre habitatio- nis ibidem, thelonio & rediibus, cum omni jure & judiciis, molendinis, agris cultis & inculcis, pratis, pastuis paludibus, cespitibus, aquis aquarum decuribus, viis & inviis, excubitis & regresibus, stagnis inflagationibus, piscariis, rivis & aliis fluminibus, terminis & terminorum distinctionibus, lignis, sylvis, rubetis, cum omni usufructu ac omnibus & singulis condicio- nibus ac appertinentiis suis universis, prout noſtri progenitoribus & nobis haec tenus omnia & singula pertinebant &c.

XXIV. Pactum retrovenditionis dicitur alia paclum de retrovendendo, vel simpliciter paclum revendendi, gl. & Dd. comm. ad l. 2. C. de pacl. int. empt. & vend. 2. Paclum redi- mendii Oldendorp. in Lexic. juris verbo redimere vel reemendi Tiraq. de R. C. in prefat n. 1. Boer. decis. I. n. 27. Charta de gratia & paclum redemptivum. Joseph. de Sesse in decis. Regni Arragon. 17. & 18. 3. Redhibitio paclitia, quod synonimum affert Pet. Gregor. Tholosanus in Syntagma. Jur. universit. 25. cap. 20. n. 2. 4. Ven- ditio. aut mancipatio fiduciaria, ita Guilielm. Budaeus ad l. 2. ff. de O. I. fol. m. 18. 5. Germanicè dicitur ein vorbehaltner Wies- derkauff / P. Matth. Wehner in Observat. practic. verb. Ablösung Jacob. Speidel. in specul. eod. verb. Martin. Pegius in lib. singul. von vorbehaltenen Wiederkauffen Cap. I. Jure Provinciali Würten- bergico vocatur Wiederlösung oder anbedingte Lösung. Fürstl. Württenb. erneuert Land-Recht tit. 12. wann et was verkauft wird mit dem geding der Wiederlösung & tit. 26. von Lösungen fol. 290. §. von anbedingten Lösun- gen. Quod paclum licet à Tiraq. de R. C. in prefat. n. 1. & aliis

D

promis-

promiscuè retractus conventionalis appelletur. Peretz. in C. lib. 4. tit. 54. de pact. inter Empt. & vendit. in expl. l. si fundum 2. ejusd. tituli. Atque ita etiam voce retractus generaliter utatur C. I. A. de Contrah. Empt. th. 26. num. 5. quando retractum conventionalis, quo ex pacto venditionis vendor rem venditam retrahit, definit allegando d.l. 2. C. de pact. inter emt. & vendit. itemque Wiesenb. ad tit. de Rescind. vendit. n. ult. Peretz. ad d.l. n. 12. Attamen ex all. l. 2. patet, retractum illum, qui à Doctoribus conventionalis appellatur, magis juridice vocari patrum de retrovendendo, non verò jus congrui, & haec duo jura à providis Dd. non sine magna confusione æquiparari posse dicit Magnif. D. Tabor in fine disputatione de pacto retrovenditionis. Definitur enim pactum illud quod sit conventionis, inter emptorem & venditorem, ut si vendor pretium quandocunque vel intra certa tempora offerat, res vendita restituatur. Heig. de pact. retrovend. th. 4. Retractus autem conventionalis definitur: jus prælationis certis personis specialiter in contractu emptionis reservatum vel concessum. Marc. Mantua ad L. 14. de contrah. empt. Adeoque valde differunt conventiones istæ effectibus, cum retrovenditio fiat ex necessitate, retractus conventionalis præsupponat liberâ vendoris voluntatem. Tabor all. disp. & in annexi responsi rationibus decidendi num. 6. & th. 40. in fine inquit: Eodem modo retractus hic genericè appellatur jus recompensationis apud Bonavent. Gaver. de retractu. cōcl. 1. lit. b. Qui etiam retractum simplicem cum iste pacto confundit thes. 42. Pejore errore patrum hoc cum iure protinusos simplici, quod alij presentationis, præexhibitionis, congrui, prælationis, den. Vorkauff. Einstand. Mehrgeltung vocant, commisetur, quam ambiguitatem præcipue obseruasse videatur Martin. Piegus: cum enim tres libros de jure protinusos scripsisse, vom Einstand und Vorkauff. Postea peculiarem subiecti liberari pag. 37. Ein besonders Buch von vorbehalteten Wiederkauffen / in cuius libri prefatione conqueritur: Er habe unter andern auch in dieser Materie der vorbehalteten Lösungen der Advocaten Urfleiss verspüret / daß sie die Sache nicht wie sichs gebühret / hetten auff die bahn gebracht. Hucusq. Magnif. D. Tabor, qui porro utriusque negotii differentias à causis & effectibus th. 37. in all. disp. pluribus persequitur

sequitur. Conf. Carpzov. part. 2. const. 32. def. 19. pr. & d. const. def. 8. v. i.  
Ubi videre licet differentias inter retractum conventionale, quem nos pactum retrovenditionis appellamus, & jus promisseos conventionale, quod Dn. D. Tabor videtur proprio appellare retractum conventionale.

XXV. Refertur huc tanquam affinis species à nonnullis illa conventio, quâ contrahentibus placuit, ut si intra certum tempus pecunia emptori restituatur, res sit inempta; adeoque subsecuta oblatione pecuniae cum consignatione ac depositione, res venditori redhibeatur juxta. l. si à te 7. C. de pac. int. emi. & vendit. composite. quam conventionem vocant pactum de restituendo, sed à pacto de retrovendendo multum differre tradunt Hieron. Cagnol. ad h. l. 2. num. 32. aliquique ab eo citati, imprimis verò in eo, quod pactum de retrovendendo nudum contineat factum, ita ut præcisè emtor rem ipsam præstare non cogatur, sed id quod interest solvere possit juxta. l. 72. pr. vers. Celsus ff. de V. O. pactum verò de restituendo causam bonorum in se contineat, i. e. dominii translationem per l. 52. d. iii. Quam differentiam etiam exhibet Job. Corasius lib. 3. Miscell. jur. c. 9. in pr. sed Arius Pinellus in comment. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 3. num. 27. graviter eos reprehendit, ac præpostera subtilitate ad sonum verborum, non ad rem ipsam attentes ita distingue dicit, cum haec conventiones quoad effectum ipsum re vera à se invicem haud distent Mantica de rati. & ambig. convent. lib. 4. tit. 31. num. 3. Francisc. Caldæ ad typum instrument. emi. & vendit. cap. 28. num. 19. Inter contractum hunc retrovenditionis & contractum pignoratitum tam arcta existit affinitas & cognatio, ut contrahentes sæpiissimè contractus hosce confundant & in instrumentis verbo retrovenditionis & pignorationis promiscuè utantur, telle Carpzov. part. 2. const. i. def. 1. pr. Webner. pract. obs. in vocab. Ablösung dicit: quod illud vulgo appelletur retractus, der Widerkauff/ porroque notat: daß bis hero zwischen den beyden Conträcten hypothecationis und venditionis wenig unterscheid gebraucht worden ist/ denn man fast eines vors ander gebraucht/ qui tamen plurimum à se invicem differunt, ut præter Carpzov. d. l. ostendunt Mysing. cent. 6. obs. 70. per tot. Gail. 2. O. 18. &

Joh. Köppen. p. 1. decis. 1. à n. 24. usq; ad num. 39. Speidel. specul. iuridico roce. Pfandschilling / pag. 949. Linnaeus in Capitulat. Caesar. Carol. V. fol. 151. n. 7. Georgius Everhardus citatus à Christoph. Befoldo in Thesaur. pract. lit. P. num. 19. Mudaeus tract. de pignor. rubr. de paci. pignor. Berlich. part. 2. concl. 1. Et quamvis circa meliorationum jus communis harum conventionum possent esse efficiens, attamen cum nobis solummodo propositum sit de retrovenditione pacto agere, diversitatis ratio magis in legis analogia investiganda, quam ad communem loquendi usum respiciendum. Wehner. pract. obs. vocab. Ablösung speidel. l. all.

XXVI. Pactum itaq; retrovenditionis illud appellamus: cum venditori concessa sit potestas rem, cuius dominium in Emptorem est translatum, prelio restituto redimendi l. 2. C. de paci. int. empt. & vendit. cap. ad nostram 5. de Empt. vend. c. illo nos 4. de pignoribus. Ubi notwithstanding, quod hoc pactum non solum adjicatur in gratiam solius venditoris, si nimirus vendas domum eâ lege, ut quando tu premium idem solveris, aut reddideris, domus tibi restituatur; verum etiam interdum in gratiam solius emptoris, si emas ita, ut restitutâ venditori domo, debeat ille premium tibi reddere: interdum in gratiam utriusque, ut quando venditor reddiderit emtori premium, reddatur venditori res vendita, & contrâ, ubi emtor reddiderit venditori rem emtam, statim & premium emptori reddatur, qui modi omnes liciti. Hahn. ad Wesenb. iii. de rescind. vendit. Mantica de tac. & amb. convent. lib. 4. t. 31. num. 68. Initur etiam hoc pactum vel certo & praescripto tempore, quod vel iterum adjicitur ut terminus à quo, post cuius lapsum venditor demum potest restitutio- nem petere, quod exprimitur per verba auff<sup>10</sup>. Jahr / quo elapsio facultas redimendi demum competere incipit Carpzov. p. 2. const. 1. def. 9. quod quando foenoris præsumptionem inducat V. Mantica de T. & A. C. lib. 4. t. 31. num. 33. n. 41. Berlich. part. 2. conc. 1. n. 11. 12. & seq. & n. 58. ubi disce: it quando hoc pactum præsumatur contractus usurarius. Add. Carpzov p. 2. const. 1. def. 2. Facheius 2. cont. 12. Trentacinq. d. l. num. 7. & seqq. vel ut terminus ad quem est restricta potestas redimendi, seu usque ad quem & intra quem, v.g. bitten<sup>11</sup>. Jahr exerceri queat jus retrovendendi, quo elapsio non amplius integrum est redi- mere

mere Mantica all. l. n. 34. 35. limitationes tamen addit n. 39. & seqq. add. num. 68. Carpzov. d. l. def. 8. Caldas. loco supra cit. Aut fit absque ulla temporis determinatione, ut fas sit venditori, quandocunque ipsi placuerit, offerre, Peretz. ad t. Cod. de pæt. int. emt. & rend. D. Tabor all. disp. th. 16. Carpzov. p. 2. const. 1. def. 8. & 5. Reff. Elect. 28. Conf. Manticam de Tac. & amb. convent. lib. 4. tit. 31. qui undecim modis hoc pactum concipi posse tradit.

XXVII. Hactenus consideravimus materiam juris nostri circa quam: Sequitur objectum ad quid, quod nihil aliud intendit, quam ut emtor ratione meliorationum & impensarum indemnisi præstetur. Quarum quidem cum variae à nobis enumeratae sint species; singulas paucis percurremus, & qua ratione emtor in ultimo th. præc. casu vel eas retinere, vel pretium earum consequi possit, videbimus. Ubi tamen prius generaliter præmonuisse sufficiat, quod eæ, quæ ex pacto & conventione partium factæ sunt, omni juris dispositioni prævaleant per ea quæ tradit Gars. all. tr. de Exp. & Mel. c. 7. n. 20. & c. 23. n. 52.

XXVIII. Et quidem 1. de meliorationibus naturalibus expressi juris nostri extant textus: quod omne, quod per alluvionem vel per vim fluminis fundo accedit, jure gentium iis acquiratur, quorum prædia sunt. Sequitur enim incrementum naturale naturam & qualitatem ejus rei, cui accedit; Unde si fundus, cui incrementum ejusmodi naturale adjicitur, ad me proprietatis jure pertinet, illud quoque jure proprietatis meum efficitur §. 20. & 21. 1. de R. D. l. 9. §. 2. ff. de damno infecto. l. 7. §. 1. & seqq. §. de A. R. D. l. 1. 2. & 3. C. de alluv. Et omnino hujusmodi incrementum efficitur simile ei, cui accedit, ut inquit Ulpianus in l. II. §. 7. ff. de publ. in rem act. Joseph. Ludovis. decis. 24. num. 4. Dd. in l. I. C. de jure emphyt. l. Feud. 4. §. si quis de manso. ejusque naturam & jus retinet Gars. all. tr. cap. 22. num. 35. 36. 37. Molin. conf. Paris. §. I. gl. 5. n. 115. & seqq. Ex hac itaque regula, qua inde formatur: omne augmentum, quod contemplatione alicujus rei contingit ex ejus titulo & causa, ad eum pertinet, ad quem ipsa res pertinet; de qua latè Gars. all. loco & num. 42. dicimus incrementa seu commoda naturalia, quæ rei venditæ accesserunt, ad emtorem pertinere, nec venditori ex pacto retrovenditionem exigenti, ea esse re-

D 3 stituen-

stituenda, nisi æstimationem eorum solvat. **Fürstl. Württenb:**  
**ernewert Landrecht** / d. 1. 12. de pact. retrovend. §. und dan  
**einem Gut pen. fol. 279.** Anton. Thesaur. decis. Pedemont 14.º n. 4.  
**Jacob. Menoch. l. 1. cons. 26.** Marc. Mant. ad sep. all. l. 2. C. de P. int. E.  
& V. num. 35. Carpzov. p. 2. const. 1 def. 18. Quæ assertio inde fir  
matur, quod confessum, atque venditio impleta est & res em  
tori tradita, is fiat illius rei dominus. Et quamvis à Berlich.  
part. 2. conc. 2. nnn. 52. & seqq. & aliis à Carpzov. d.l. allegatis hu  
jusmodi commoda ad eum tantum emptorem referantur, qui  
perpetuò dominus factus, attamen certum est; pactum de re  
trouvendo translationem dominii haud impeditre. Non  
enim minus est dominus pleno jure, à quo revocari aliquo ca  
su potest fundus tali pacto venditus l. 66. ff. de rei V. Gail. 2. obs.  
139. num. 15. & seqq. Neque conditio efficit quin perfecta dic  
atur emtio, ut ait gl. in l. 1. C. de peric. & commod. Rei Vend. Zas. 1.  
cons. 12. num. 34. Mynf. 6. O. 70. Ludov. de Cafanthe cons. 6. n. 4. Præ  
sertim cum hoc sit ex futuro eventu & arbitrio, qui non con  
sideratur. Wésenb. cons. 123. num. 13. Nam ne quidem esset ven  
ditor, nisi hoc ageretur ut dominium transiret in emtorem.  
Tiraqu. de retr. proxim. §. 1. gl. 2. num. 24. & de R. C. §. 1. gl. 6. n. 1.  
& seqq. quoniam à quo removetur proprius emtioniæ effectus,  
nempe dominii translatio, seu usucapiendi conditio l. 74. ff.  
de cont. emt. ab eodem etiam removetur species. Speidel. in spec.  
voce Pfandschilling. §. auch 2. derjenige. Accedit quod re  
vendita omne commodum & incommodum ad emptorem re  
spectet, l. id. quod post empt. 7. ff. de peric. & commod. Rei Vendit. l. 1.  
C. eodem. Matth. Affid. dec. Neap. 280. num. 5. Ex quibus conclu  
dimus: si concedatur venditorem redimere posse, non aliter  
hoc accipi debere, quam si venditor æstimationem augmenti  
solvat per tradita à Carpzov. sup. all. loco V. tn. Fachineum lib. 2. cont.  
6. & Manticam distinguenter lib. 4. t. 32. num. 124.

**XXIX.** De mineris seu mineralibus, salinis, arenis, me  
tallis, auri, argentil, cretæ fodinis, lapidicinis, quas naturali  
bus annumerari supra diximus, illa traditio, ut si rebus super  
veniant, rebus acquirantur & regulariter proprietarium se  
quuntur l. 4. §. 7. de censibus l. 3. §. fin. & l. seq. de reb. eor. qui subrut.  
qui igitur invenerit lapidicinas aut instituerit hujusmodi fo  
dinas

— 31. —

dinas, eo ipso, quod renascantur, meliorem facit fundum, quasi instituta re fructuosa, ac impensas in eam rem factas meliore facto fundo recuperat l. 18. ff. de fundo dotali & per ea quæ tradit Gars. tr. all. cap. 22. n. 47. quatenus autem ejusmodi fodi-næ numerentur inter regalia, perspicere licet ex c. i. quæ sunt Regalia 2. Feud. 56. A. B. Caroli IV. sub. tit. von Gold/Silber / und andern Erz wegen. Henning. Goden. Conf. 2. de argenti fodin. Sneidervin. ad §. pen. 1. de usufr. Limnaus. I. P. lib. 3. cap. 2. Joh. Jacob. Speidel. rub. Bergwerck. item Rubr. Erz-Gruben. Buxtorff. ad A. B. th. 89. De fructibus ultimi anni quid statuendum sit? variant Dd. 1. sunt qui dicunt fructus pendentes esse venditoris, è contra ad emtorem eos pertinere alii statuunt, communem tamen & verissimam eorum opinionem qui inter emtorem & venditorem pro rata eos dividi debere putant, sequitur Berlich. p. 2. conc. 2. n. 69. & seq. Carpzov. p. 2. Conf. I. def. 2. & Fachin. lib. 2. contr. 14. add. Tiraq. de R. C. §. 5. gl. 4. Covarruv. Var. resol. l. 1. cap. 15. V. Mantic. d. l. n. 102. itemq; Bachov. ad Treuil. disp. 26. th. 5. lit. C.

XXX. Progredimur ad industriaes ordinarias, quas emtore nostrarum fructuum cogendorum gratia arando & serendo impedit, ex quibus, cum venditor nihil utilitatis percipiat, earundem nomine repetitionem non habet, quia has tanquam ad culturam agri pertinentes facere tenetur, atque ad curam sartorum testorum congruae culturæ obligatur. Molinaeus ad Consuetud. Paris. tt. I. §. 1. gl. 8. n. 57. eo enim in casu uberiorum percipit fructus, l. 1. §. ult. de aqua & aqu. pluv. arcend. l. 7. §. 16. soluto matrimonio, quos ad tempus redemptionis lucratur, cum illud regulare sit, quod fructus dominum sequantur. l. Herennius 42. ff. de usuris & fruct. l. fructus 44. l. 35. de R. V. Tiraqu. de R. C. §. 5. gl. 2. & §. 2. gl. 1. n. 34. & per l. 12. §. 3. ad Exhib. quod ex re mea nascitur, mihi acquiratur l. 6. ff. de A. R. D. Carpzov. I. F. p. 2. c. I. def. 18. Reink. de Reir. Consang. quest. 8. num. 53. & 26. cum allegat, adeò ut nec compensare eosdem nec restituere teneatur. l. 2. & 5. C. de paci. int. emt. & V. gl. & Bald. in. l. 65. verb. superfluum ff. de R. V. ex generali regula dominij, quæ compensationem absolvit, eamque à Dd. quos multa serie commendat & laudat, receptam esse dicit Valafius I. E. quest. 25. n. 29. Tiraq. gl. 1. §. 7. n. 4. Boer. decis. 44. n. 20. 25. 26. Schrad. de feud. 2. part. pr. sect. 2.

n. 29.



n. 29. Rebel. de Obl. Just. lib. 7. quest. 3. n. 5. & quest. 5. n. 2. Marescot. var. ref. lib. 2. c. 112. n. 39. & n. 58. Pruckman. cons. 4. num. 195. vol. 1. Garf. cap. 23. n. 52. & seqq. Tust. concl. 178. n. 13. 17. 20. Anton. Nigr. in all. tr. cap. 8. §. 48. n. 41. Peregrin. de sive commiss. Art. 50. n. 64. Molinaus Cons. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 91. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. n. 4. & seqq. qui addit num. 99. & seqq. hoc esse memoria tenendum, & habere locum in conscientia: Quod verò in lege Moysis scriptum sit: venditorem, qui ex pacto redimebat, computatis fructibus ex tempore venditionis, quod reliquum erat duntaxat reddere debere, hoc in foro conscientię non obstringere, cum ea lex sit forensis, & idem nisi specialiter à legibus nostris sit comprobata, servari non debeat, ut ex sententia Theologorum & juris perit: copiosè etiam asserit Tiraqu. de Retr. lign. in prefat. n. 8. & 9. & de R. C. §. 5. gl. 2. n. 6.

XXXI. Sed annō emptor noster à tempore litis contestata ad consumitos fructus teneatur, ut eosdem cum impensis compensare cogatur? non immerito Q. Quod quidem affirmandum videatur, si consideramus, quod is qui b. f. ab initio rem possedit, justamque habuit possessionis causam, si vel postea conscientius rem esse alienam vel ipsi controversia mota lisque contra ipsum contestata; ex b. f. possessore dicatur m. f. possessor l. 25. §. 5. 6. 7. de H. P. l. 9. §. 1. v. sed eiff. de Edendo l. 1. C. de H. P. l. 7. §. 5. ad Exhib. l. 7. §. si cuius dolo 2. ibi sed re comperta aff. de tributor. act. Quid a. m. f. possessor ex tempore scientia vel litis contestata fructus restituere cogatur constat. ex l. 20. §. petitam 11. sed & 25. §. 3. 4. & seqq. ff. de P. H. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. Fachin. lib. 1. controv. c. 59. atq; ita fructus à tempore litis contestata petitorii adjudicatas esse ex Rugero Rulando in tr. de Commissar. & Commission. p. 4. lib. 6. c. 7. n. 9. testatur Reinking. all. tr. de R. C. q. 8. n. 65. qui etiam videri potest à n. 59. usq; ad n. 68. Ceterum hisce, non obstantibus ex l. 40. ff. de H. P. contrarium patet, in quā etiam b. f. possessores appellantur, quorum non evidens calumnia appetat; conscientiam enim qui ab initio illasam habuit, retinere censendus. Cujac. 20. obs. 35. & mala fides non nisi indicis perpicuis probanda arg. l. 6. C. de dole eaque semper interpretatione capienda, quæ delictum excludit, facit l. 49. de P. H. ubi inter moras litis b. f. possessor dicitur. Vid. tradita ab Hillig. Don. Encl. lib. 19. c. 14. lit. O.

lit. O. cum allegati. Textus in contrarium allegati non ita sunt accipiendi, quod denuntiatio, protestatio & controversia mota vel lis contestata in & per se inducunt statim b. vel m. fidem, (alias qui judicio aliquo pulsati fiducia juris sui contendere, quam cedere malent, inter male fidei obnoxios indignè reguntur) sed quod hoc fiat fictione juris, quia plerumque & frequenter tales sunt, quibus lis movetur, denuntiatio vel protestatio intimatur, non enim opinio adversarii, sed mea conscientia inspicienda. Garf. all. tr. c. 6. n. 2. & 3. & cap. 23. num. 24. inquit: cum enim, ut sepe diximus, bona vel mala fides constat in facto, non in jure. l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. nihil curamus titulum, sed conscientiam aliena vel proprie rei, unde qui habet titulum reprobatum à jure, potest habere nihilominus bonam fidem juris ignarus l. 2. C. si quis ignorans rem minoris. Hinc quod attinet ad bonam vel malam fidem, conscientia inquirenda est, neque enim vera mala vel bona fides à jure judicii dependet, sed à sui justificatione quae fit probationibus & instrumentis Dd. in Leg. qui in aliena 6. §. Celsus 7. de acqua. hered. prout hæc prolixius explicat Garf. loc. all. & cap. 23. n. 13. & 14. huc pertinent quæ n. 30. ex Capitulo decis. 69. n. 24. refert; Juris ambiguī vel controversi errorem nil nocere ad fructus lucrandos & acquirendos, quod ex allegatis receptissimum esse dicit. Neque ad decisionem propositæ quæstionis ea vindicatur aliena, quæ Donellus lib. 4. comment. cap. 24. dicit: licet statim is, postquam cognovit rem alienam esse, incipiat m. f. possidere, non tamen, si neget, id ante constare potest, quam lite per sententiam finita, itaque cognitio rei alienæ superveniens facit m. f. possessorem, naturā & veritate rerum attenta, non statim tamen talis intelligitur ab nostram ignorantiam; quod facit, quod in l. 25. §. scireff. de H. P. dicitur: Hunc non esse prædonem qui dolo caret, quamvis in jure erret; distinguendum itaque omnino erit, utrum vera an ficta mala fides supervenerit, ficta enim qualēm hīc vocamus litis contestationem, petitionem, controversiam motam, cum veram fidem non inducant, per ea quæ tradit post Garfiam loc. supra all. Elinus in c. illud n. 10. de prescript. Brunnenian ad l. 1. C. de hered. petit. Hartman. Pistor. lib. quæst. 27. n. 7. Marecot. d. resol. 112. num. 54. & seqq. multum hoc in casu arbitrio judicis prudentis tribuen-

E dum,

dum, qui ex variis causis & circumstantiis dijudicare debet, quid deduci & conservari debeat, idque ex communi regula: ea, quæ post litem contestaram contingent, arbitrium judicis desiderant l. 31. §. 13. de Ædil. edit. Covarruv. var. resol. l. 3. cap. 17. n. 6. Tiraqu. de retract. lign. §. 1. gl. 18. n. 63.

**XXXII.** Sed utrum casu aliquo condemnatione facta fundi cum fructibus post litem legitimè notam veniani fructus meliorationum, hoc est, urum bi fructu saltem compensentur cum impensis, quos lucratus est emitor secundum antiquum statum, an etiam illi, quos ex suis meliorationibus percepit? Q. Et quod neque m. f. possessor rei, de quâ lis mora est, restituat fructus meliorationum suarum, quia hos jure dominij habet, contra Covarruviam lib. 1. var. resol. cap. 8. n. 4. aliosque concludit Garf. cap. 23. num. 54 & cùm huic quæstioni in b. f. possessore non sit locus, multò minus de ea in domino dubitandum, ad quem jure proprio fructus pertinent, per ib. anteced. usque ad sententiam vel ejus executionem l. cæterum 31. ff. de R. V. Marescot. lib. 2. variar. resol. cap. 112. & num. 52. seqq. ubi hanc opinionem contra Covarruviam communio rem atque in praxi magis receptam afferit, quam suo tempore servâsse Rotam ex Galestro ad formam oblig. Cameral. 4. pract. quæst. 2. n. 13. in fin. referit, citans in eam rem l. fin. §. fin. ff. de fundo dotali, cuius arg. ratione interesse verisimilis fructus meliorationum impendi debet dicit. quibus add. Affid. decis. 87. n. 7. Valascus tr. de jure emph. quæst. 25. n. 26. afferens eam sententiam apud Lusitanæ tribunalia admissam fuisse.

**XXXIII.** Aliud autem videtur dicendum de iis fructibus, quos emtor post legitimam venditoris ex pacto retrovenditionem exigentis, prætij solutionem, oblationem & ejus loco depositionem & consignationem percipere non desit, in iis enim cùm arg. eorum que per se. all. l. 2. C. de pactis inter emt. & Vend. tradit Boërius decis. 47. in terminis retractus, venditor ab eo tempore jus quæstimū habeat, eosque suos faciat, jure meritoque in compensationem sunt deducendi. Anton. Fab. in C. lib. 4. iii. 36. def. 17. n. 8.

**XXXIV.** Cæterum cum hic solutionis aliorumque requisitorum, quæ effectus dominij in emptore tollunt, eosq; in venditorem redimentem iterum transferunt, mentio fasta, propter materiæ affinitatem, operæ pretium erit ea paucis ali-  
quantd

quādū attingere. Neque i. quantum ad materiam solutio-  
nis attinet, illa revocat dominium, nisi facta sit integra pretij  
oblatio, quōd ante ab emtore persolutum. *Mantica de tac. &*  
*amb. convent. lib. 4. t. 31. n. 21.* Partis enim solutio, ut non recte sit  
invito, cū plura incomoda habeat. l. 3. ff. *sam. bercis. l. quidam*  
*existimaverunt 21. ff. de R. C. l. qui pignori. 19. ff. de pignor. & hypoth.*  
*ita nec oblatio. Peretz in C. ad Tit. de pāt. int. emt. & Vn. 17. & sicut*  
*actio ex empto non datur, nisi soluto pretiō integro, ita neque*  
*ex hōc pātō, cū unius eisdemque obligationis unam ean-*  
*demque indivisam solutionem esse oporteat, l. 13. §. 8. ubi gl. ff.*  
*d. A. E. l. quādū 6. C. de distract. pignorum. l. obſignatione 9. C. de fo-*  
*luti. Hottoman. Iſtuſtr. quæſt. 22. Et hanc esse communem opinio-*  
*nem testatur Bart. & Jafon. add. l. quidam de R. C. ideoque mo-*  
*ram committere censetur non solum is, qui nihil solvit, sed &*  
*qui nec totum l. solidum 85. ff. de solut. l. 12. §. 1. de V. S. prolixē Rein-*  
*king. de R. consang. quæſt. 6. a num. 16. ad num. 25. nec audiendus ex*  
*pātō venditor, si unus obulus offerendi pretij deficiat, nisi fer-*  
*te per errorem calculi unus vel alter nummus deſſet; tunc*  
*enī modicus iſte error non noceret l. quādū 32. ff. de condit. &*  
*demonstr. l. un. & ibi Sichard. C. de error. calc. Sichard. ad l. acceptan 19.*  
*n. 4. C. de usuris ad l. quādū 6. C. de distr. pign. Tiraqu. de R. C. §. 4.*  
*gl. 6. num. 23. & 24. facit. text. in l. 2. C. debit. vendit. pign. imped. non*  
*poſſ. Reinck. all. l. Kitzel. de Jure moneti cl. 2. quæſt. 2. ſett. 3. n. 11. cum*  
*citatius Schrad. vol. 5. Consil. Kirchhoff. conf. 23. num. 28. quia cum*  
*pretium rei venditæ in quantitate pecuniae certa conſilitat, ut*  
*ſcilicet appareat, quid, quale & quantum illud fit §. 1. l. de empi.*  
*l. 8. pr. ff. de peric. & com. rei vend. pretium non eſt, quod quan-*  
*tatem illam non plenē & exactē continet. l. 12. in fine ff. de V. S. &*  
*nihil actum censetur, donec aliquid ſuperēſt agendum eorum,*  
*quæ uno verbo, unā oratione, una conventione & dispositione*  
*continentur l. II. in fine C. de his quibus ut indignis l. 110. §. 3. de R. I.*  
*Sichrad. d. conf. 23. n. 27. ſemper enim opponi potest exceptio ad-*  
*implementi, quæ generalis eſt & ſemper obſtat, ubi adhuc ab*  
*actore aliquid impleendum eſt, ſi enim is ante implementum*  
*agere intendit, à judicio repellitur, niſi ipſe primō impletat; &*  
*qui petit aliquid ex contractu recipioco, debet probare, ſe ex*  
*parte ſua impleviſſe, nec ſufficit ex parte licet majore eſſe im-*

pletum, sed requiritur ut in totum. *Menouh. Conf. 1. lib. 1. n. 370.*  
*Cagnol. in l. 2. C. de pad. int. E. & V.* ubi in terminis loquitur :  
 Summa debet esse integra *Sard. conf. 101. n. 2. & seq.* & si saltem  
 adimplementum stet in modico, tamen retardatur processus  
 ad ulteriora. *Anton. Niger. supr. all. tr. cap. 9. §. 6. num. 2.* *Graffii Ex-*  
*cept. 13. n. 39.* qui enim vel in minimo differt facere quod de-  
 bet, non potest petere quod ei debetur per tradita à *Reinck. supr.*  
*all. loco. n. 23. l. 85. §. 6. de V. O.* Quæ conclusio etiam obtinet in  
 casu, ubi plures res unica summa sunt venditæ; ut si pretium  
 non offeratur integrum, sed pars tantum major, de quo casu *An-*  
*ton. Niger. cap. 8. §. 12. n. 2. & pr. cap. 9. n. 14. 30.* cum allegat. *Tiraq.*  
*de Retr. convent. §. 7. gl. 1. n. 12.* vel pro una tantum re, quam ta-  
 men sine altera per expressam conventionem redimere non  
 debebat vendor, quod emtor ex pacto de retrovendendo eam  
 restituere non teneatur, donec pro cunctis solutio fiat, *Anton.*  
*Fab. lib. 8. Cod. tit. 16. def. 4.* ubi addit, quod si is, qui retroven-  
 tionem urget, cunctante emtore solum emtionis pretium ob-  
 signaverit, manca & imperfecta sit obsignatio, ideoq; nec resti-  
 tuendoru fructuum lucru acquiratur obsignanti, si modi em-  
 tor idemque reus velle se dixerit uti jure suo & pro pecunia  
 quoque chirographaria rem retinere per l. un. C. ob Chirogr. deb.  
 pign. quod per l. 2. C. de sidejuss. in pignore per expressam conven-  
 tionem constituto magis obtinebit, licet res ex causa rei judi-  
 catæ restituenda, & de debito alio chirographario vel pigno-  
 ratirio in processu vel sententia nihil dictum, nec de eo quic-  
 quam aetum vel conventum sit. *Tiraqu. supr. all. l. num. 14.* quod  
 rei judicatae autoritas ex una causa non perimat causas alias,  
 de quibus non est judicatum, & cessante potestate judicati  
 supersit causa juris communis, ut bene ratiocinatur *Ant. Fab. d. 1.*  
 Limitationis loco hic autem observandum est, si emtor ipse  
 non parat pecuniâ, sed diversis temporibus, aufs gewisse  
 Zeit und Ziel / solutionem fecerit, tunc venditorem quoque  
 in persolvendo pretio iisdem dilationibus justè uti posse l. tu-  
 tor. 41. §. 1. vers. *Modestinus ff. de usur.* *Carpzov. p. 2. c. 1. def. 21.* *Schaf-*  
*fer. 3. quest. 10.* *Berlich. p. 2. cond. 41. n. 28.* & *concl. 2. n. 41.* *Reinck. d.*  
*l. n. 27.* cum citatis qui & alias limitationes addit n. 39. usq. 52.  
 de quibus etiam latè *Anton. Niger. all. cap. 8. n. 12.*

XXXV.

XXXV. Secundo ex pacto retrovendere ac dominium revocare volens pretium non solum integrum, sed etiam in moneta proba ejusdem ponderis & bonitatis, sicut illud ab emtore solutum fuit, offerre debet; ne emtor incommodo aliquo afficiatur Tiraq. de R.C. § 4. gl. 2. n. 2. Wehner. in obs. pract. verbo **Goldgulden** vers. an in retractu fol. 254. & seqq. cum allegatio, per regulam quam Joach. Scheplin statut. **Der Thür Brans denburg** part. 4. tit. 2. §. 6. n. 9. immotam & panaceam scribit: solutionem faciendam esse, ut creditori nihil ab sit quicquam. Alemannus de jure moneta consult. 8. quæstione 2. extens. 3. p. 681. In pecunia autem vel moneta proba quatuorplex spectetur iustitia, cuius vel una deficiente, moneta non censeretur proba & justa; cùm ad veritatem copulativæ concursus omnium & linguorum copulatorum requiratur, vid. Reink. d. l. num. 153. & multis seqq. Conf. Alem. in pr. d. consult. ubi de tribus monetæ cujusvis requisitis in proleg. usq. ad quæst. 1. prolixè agit. Ex qua conclusione porrò infertur: si mutatio monetæ facta sit, sive in bonitate intrinseca, h. e. in materia seu ligâ, vulgo dicitur **dass Gehale oder Korn Genicht oder Schrot** / live extrinsecâ, h. e. æstimatione & valore ab Imperatore vel alio, cui is regale cedendi monetam concessit, nummis imposito. Schneider v. ad §. bonefidei 1. de action. n. 33. Gail. 2. obs. 73. n. 7. & 8. tunc vendor pretium in illa bonitate & valore offerre ac solvere debet, qui fuit tempore contractus per l. 24. §. 1. ff. de pignorat. act. cap. olim causam 20. & cap. cum canonice 26. sub finem X. de censibus. Quam sententiam communem multarumque curiarum & superemorum tribunalium suffragiis comprobantem testantur Gail. 2. O. 73. Berlich. 2. pract. concl. 35. num. 8. & seqq. & concl. 36. n. 5. & seqq. Bocer in tr. de jure Moneta c. 2. num. 129. & seqq. Georg. Schultz. in tract. de oblat. & deposit. ac consignat. pec. deposit. c. 4. n. 7. Carpzov. p. 2. C. 28. def. 3. 4. & 5. add. Reink. d. l. num. 290. & seqq. & alii magno numero adducti. Imprimis hanc sententiam à praxi Cameræ, aliorum Statuum statutis, autoritate inter pretum juris ac 23. rationibus prolixè firmat Alem. d. l. quæst. principali 1. & 2. per tot.

XXXVI. Ex quibus facile apparet, quid de diversis inde resultantibus quæstionibus statuendum, quas cùm proli-

xè tradiderit Alemannus , brevitatis gratiâ lectorem eò remitto . Hanc saltem obiter tetigisse sufficiat, si inter emtorem & venditorem conventum sit , ut in certis speciebus & quidem aureis ponderatis pretium exsolvatur , quod eo casu eadem species , eodem numero à venditore iterum sint solvendæ l. solutionis 176. ff. de V. s. l. 2. §. 1. mutui ff. si certum petatur. l. si quis aliam. 46. §. fin. ff. de solut. l. 34. §. si decem. eodem tit. Webner præct. obs. verb. **Goldgulden** Münz d. l. Aleman. d. cons. qu. 6. ibiq. text. all. quia provisio & cautio homipis etiam hic tollit dispositionem legis , & convento de iisdem speciebus reddendis rumpit leges & præjudicat legibus , quibus in genere aliud est dispositum Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 5. num. 36. in terminis per l. 1. §. 6. ff. depositi text. ibi. cit. & qui ipse sibi cavit, cautelis juris non indigeret; Neque passionis adjectio contra intentionem contrahentium vana esse debet & inutilis l. contractus 23. de R. l. ult. in pr. ff. de R. C. & ita communiter tenent Dd. quod promissa solutorio in certis monetæ speciebus in ea quoque facienda sit , per tradita & allegata: à Reink. d. l. n. 334. l. 34. C. de sentent. que sine certa quantitat. profer. l. 15. §. 4. fin. ff. de re jud. Nic. Eberh. Praefes. cons. 168. num. 5. & num. 1. & seq. dicit, si non offeratur totum , quod debetur , nec consignatio fiat in ea moneta , quæ fuit tempore emtionis , nihil prodeesse oblationem & consignationem , nec posse procedi ad ulteriora , nisi prius per judicem competentem decisum sit , an oblatione & consignatio congrua facta sit ; cum id aliter sciri non possit. Unde sequitur , quod si in instrumento obligationis aureorum mentio fiat , cum aureus ab auro nomen habeat , circa duobus moneta aurea denotetur. Modestin. Pistoris cons. 27. num. 4. fol. 464. vol. 2. ubi refert: aureum in substantivo acceptum intelligi pecuniam auream , quæ est solidus Aleman. cum allegat. qu. 6. ratione decidendi 5. Besold. ih. præct. voce **Gulden**. Conf. Boër. decis. 327. num. 1. May. lib. 1. ad jus Lüb. tit. 1. artic. II. & Marquardus Inclita Reip. Lüb. quondam Consul optimè meritus lib. 3. de jure mercatura cap. II. num. 19. Magnis. Dn. D. Rebhan. in Hodog. ch. 2. cl. 2. sub ih. 29. Quod eo magis dubio carebit , si vocabulum ponderatorum aureorum additum fuerit aut aliud synonomous **vollwichtige / zugewogene/gut vom Golde/und schwer**

von

von gewichte / recht gewogen und der Landswäzung  
gute gänge und gäbe / quæ verba aliam interpretationem  
non admittunt, Mynsing. I. O. 65. incipit dubitatum in fine, ubi duo  
prejudicia Cameralia afferi. Wehner, supra alleg. loco. Berlich. part. 2.  
conc. 37. num. 13. Aleman. quæst. 1. partit. 10. in rat. decid. restrict. 1. ubi  
de interpretatione quorundam privilegiorum de non appellando.

XX XVII. Prædicta tamen limitationem admittunt, si  
moneta converta interim ex usu discesserit & non amplius re-  
periatur, quia tunc solutio facienda est de nova moneta pro-  
portionaliter ad æstimationem antiquæ seu conventæ in bo-  
nitate intrinseca. c. olim causam 20. c. cum canonis 26. X. de censi-  
fis. Coler. de process. Exec. pars. 1. cap. 10. num. 18. & seqq. cum multis  
citat. Kitzel. de jure moneta cl. 2. quæst. 1. num. 17. & num. 32. &  
qu. 3. Gail. 2. O. 73. Mynsing. 4. O. 1. Carpzov. part. 2. const. 28. def. 4.  
Remk. d. l. num. 347. Idem dicendum, si non planè nummi con-  
venti ex commercio exierint, difficulter tamen propter ra-  
rissimum eorum usum & non nisi magnis sumtibus comparari  
possint, quamvis enim certa monetæ species in obligationem  
deducta, ac debitor in mora solvendi constitutus propter  
augmentum illarum specierum, incommodum sentire debeat,  
Aleman. quæst. quinta non tamen ad impossibilitia tenetur debitor,  
cùm nimis difficultia eisdem annumerentur, arg. l. 55. ibi tam  
difficilis ut pene impossibilis videatur ff. fam. hercif. & posse non di-  
citur, quæ cum difficultate nimia quis potest. gl. in ff. penalib.  
I. de Aet. Perinde itaque hoc in casu æstimatio sufficit, quæ  
speciebus istis quoad bonitatem intrinsecam æquipolleat  
Gail. d. O. num. 7. & Myns. d. O. n. 6. Berlich. p. 2. conc. 37. n. 10. Quæ  
autem ratio ineunda sit, ut idem valor & æstimatio eadem  
alio in numismate reddi possit, si credita pecuniae genus in  
usu amplius non sit, per tres distinctos casus explanat Boër.  
cap. 2. dif. de retr. ib. 116. Berlich. d. l. n. 11. & seqq. Ita quippe dici  
non potest aliud pro alio solvi, cùm eadem censeantur, quo-  
rum idem est effectus, virtus & operatio, modò illa moneta,  
quæ substituitur, proba sit, ejusdemque materiæ & ligæ,  
cujus ea erat, quæ data fuit, quamvis stampæ sit diversæ:  
quia moneta censetur eadem, cuius est bonitas intrinseca. Co-

VATTHY.

yarruv, de vet. numism. Coll. 6. 7. §. I. & seqq. Sigism. Scaccia de commercio, & cambiis §. 2. gl. 5. num. 102. Quid si contrahentes certum quidem genus monetæ expresserint; sed simul estimationem subjecerint: An species convertat vel estimatio adjecta sit praestanda? Et aestimationem unice spectandam esse, concludit Alemannus d. l. quest. 8. Ubi hanc sententiam à textibus juris, statutis aliorum Principum & autoritate concordique interpretum opinione firmat. Monilius de contract. quest 90. num. 686. & 689. Nicol. Boer. decif. Burdegal. 327.

XXXVIII. Et hæc requiruntur in oblatione quoad materiam. Modum & formam quod concernit: 1. Requiritur ut oblatio fiat realiter; cum verbalis non sufficiat. Udalricus Zasius ad l. prætor ait 20. §. si quis paratus 5. in pr. ff. de op. nov. nunc. Ubi dicit quod verbo se offerens, non satisfaciat l. 34. ff. in fine de statu liberis l. 72. pr. & 76. ff. de solut. l. 13. §. 8. de A. E. l. 2. C. de paci. int. Emi. &c. Tiraq. de R. C. §. 4. gl. 2. n. I. & Georg. Schultz. d. tr. c. 4. n. 2. Ethuc pertinet quod dicimus, verba non sufficere, ubi facto opus est l. domicilium 20. ff. ad municipal. l. I. C. qui potiores in pignore. Reinking d. l. quest. 6. n. 57. Gail. lib. 7. obs. II. num. 5. Hartm. Pistoris obs. 225. n. 13. & plures all. à Reink. d. l. Nicol. Everhard. cons. 99. Neque sufficit si pignora vel fidejussiones dare paratus sit, sed omnino pecuniam quam dedit emtor parata offerre debet arg. l. 4. §. 3. ff. de re jud. l. 10. de pignorai. act. l. promissor. §. ult. ff. de constitut. pec. ubi constituto non satisfacit, qui soluturum se constituit, si offerat satisfactionem l. 6. §. I. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. forv. Treutl. vol. I. cons. 3. num. 39. Berlich. 2. concl. 41. n. 14. & ab eo all. Hartm. Pistoris & Tiraqu. Reink. n. 60. & seqq. in quibus nonnullas limitationes sub jungit. 2. Ut id numeretur in praesentia testium, quia oblatio facta in manus & folle sine numeratione sufficiens non est, ut dicit gl. in l. cum servus 82. ff. de condit. & demonstrat Tiraqu. d. §. 4. gl. 6. n. 22. Georg. Schultz. d. cap. 4. num. 26. allegatique complures à Reink. num. 85. & seqq. 3. Ut commodo & opportuno loco ac tempore offeratur l. 122. ibid. Dd. ff. de V. O. l. 32. pr. ff. de usuris Sichard. ad l. 2. C. eodem l. 39. ff. de solut. l. 9. C. eodem l. 23. ff. de recept. arbitr. Coihm. cons. 83. num. 130. vol. I. alias emtor oblatum accipere non tenetur, perindeque habetur, ac si oblatio facta non esset arg. l. quotes

l. quoties 6. ff. qui satis cogantur. Inopportuno autem loco vel tempore fieri censetur non tantum, si alio loco vel tempore, quam quo dari debuit, sed & si vel sacra facienti, vel funus ducenti, vel causam apud magistratum agenti, vel aliis necessariis & legitimis impedimentis detento offeratur arg. l.2. ff. de in jus vocando, de quibus latius agit Georg. Schultz. d. l. n. 19. & 22. allegatig. à Reink. d. l. num. 82. Circa tempus hic distingendum, utrum facultas redimendi sit libera, & absque ulla temporis determinatione, an verò certo tempore circumscripta & restricta. Priori enim casu, licet eam licentiam non ultra 30 annos extendendam existimant, præter supra allegat. Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 3. Job. Köppen p. 1. decisi. I. num. 39. & seqq. aliq. ab eo citati. Argentarius consuli. 2. consuet. Britannicus annex. eamq. sententiam in theoria magis probabilem teneant; contrarium tamen in praxi obtinere ibidem afferimus; posteriori verò casu tempore elapsō non potest emtor cogi ad recipiendum pretium postea oblatum, quod probatur ex l. 7. ibi reg. parato satisfacere conditioni C. de paci. int. emt. & vend. Quia juxta regulam vulgatam permisum ad tempus, post illud effluxum censetur denegatum l. si unus 27. §. 1. ubi Dd. ff. de paci. l. II. §. Stichus de leg. 2. Tascus concl. tom. 6. lit. P. conc. 299. Tiraqu. de R. C. §. I. gl. 2. n. 47. Et vendor intra tempus præfinitum non redimens censetur juri suo renunciare. Carp. Zoy. p. 2. 1. f. C. I. def. 8. & Manic. de tac. & ambig. Convent. lib. 4. iii. 31. n. 34. & seqq. ubi limitat. addit.

XXXIX. Quod si emtor pretium hoc modo cum meliorationibus & impensis, de quibus mox pluribus astuti sumus, rite sibi oblatum accipere recusat, vel se subtrahat, ut jure dominii rem retineat v. l. 7. C. de paci. int. emt. & vend. tunc requiriatur, ut vendor pecuniā integrè oßsignatam legitimo modo deponat. per d. l. 7. l. I. C. qui potior. in pignore l. 6. & 19. C. de usuris l. 9. C. de solut. Reinking d. quæst. 6. concl. 4. n. 465. cum allegatis Manica de Tac. & amb. Convent. lib. 4. T. 32. n. II. De forma hujus solennis depositionis V. Georg. Schultz. in d. tr. c. 4. per tot. de contraria circa eam consuetudine in Gallia ex Tiraq. refert. Reink. d. l. ubi addit, juxta Statutum Darmbstadtinum oßsignacionem non requiri, sed sufficere depositionem factam in judi-

cto. V. Paul. Christineus decif. Car. Belg. vol. 1. decif. 372. n. 6. De jure Provinciali Württembergico etiam ad formam hujus depositio-  
 nis requiritur, ut vendor pretium oblatum coram magistra-  
 tu illius loci aut duobus honestis viris numeret. f. W. L.  
 part. 2. in. 16. von Löffingen s. oblation vers. Wo aber der  
 Käufer, quis inutile habetur oblatio, quæ sine numeratio-  
 ne fit, all. à Reink. n. 466. ubi de contraria aliorum locorum con-  
 suetudine iterum testatur. Conf. Viv. lib. 2. decif. 300. num. 4.  
 Fieri autem depositio ista debet in eadem moneta, quæ re-  
 quiritur in solutione, eaque integra, ut ne obolus quidem defi-  
 ciat Gozadtn. conf. 57. n. 7. Natta conf. 454. Surd. Confil. 246. Co-  
 ler. de P. Exec. p. 1. c. 10. n. 4. Anton. Niger. de Excepti. solution. c. 2.  
 §. 2. n. 12. Reink. n. 477. Tiraq. de R. C. s. 4. gl. 6. n. 24. iug. ad 34.  
 Rüger. Ruland. in questionibus juxta modum referendis in Camera usita-  
 tum resolutis questione 58. ubi praesudicatum Camerale assert, in  
 Sachen Eifurter contra Philipp. von Denheim / ubi  
 ait: actores retrahere volentes dicebant se deposituisse pretium  
 & tamē non probabant se deposituisse 62. florenos, sed tantum  
 60, conclusum fuit oblationem non ritè factam & sufficientem  
 esse. Item in causa Salomon Ridinger contra Georg Bras-  
 ser. Et requiruntur hæc imprimis ad effectum constituendi  
 adversarium in mora & lucrandi fructus, ut in eodem retro-  
 venditionis casu consultuit Perrus Denaisius tom. 2. confil. Klock  
 conf. 39. num. 370. Cujac. in l. Julian. §. 8. & 19. in fin. ff. de A. B. &  
 in l. 73. in fin. ff. de V.O. & in casu actionis pignoratitiae referendo  
 obtinuit referens causæ Neßelrodt contra Guiliel. ap. Klock. rel.  
 3. n. 160. Quanavis enim alias sola oblatio realis vel verbalis, in  
 iudicio vel extra iudicium testata facta, recusante eo dolose  
 cui offertur Scatia de commerciis & camb. §. 2. gl. 5. n. 165. insignes  
 quoque effectus habeat quoad purgandam moram & sistend-  
 dum usurarum cursum & alia, de quibus Trentiniqu. 3. var. re-  
 sol. 1. tit. de oblationibus Anton. Hering. in tract. de fidejus cap. 5. n. 380.  
 Manica de T. & A. C. l. 4. t. 31. num. 52. Nunquam tamen in con-  
 tractibus vel distractibus ad acquirendam actionem oblatio-  
 nem verbalem sufficere, sed semper necessariam esse oblatio-  
 nem realem, quam deinde eo, cui offertur, accipere renente  
 subsequatur depositio & configratio; tradunt Doctores com-  
 muniter

muniter in d. l. 7. quos allegant Prucknan vol. I. consil. 76. Nicol. Baerius decis. 124. n. 24. 25. Aymon Cravetta cons. 331. n. 4. Eamque imprimis hoc casu necessariam esse, ut omne periculum in mororum emtorem pecunia deposita transferatur, notat Sichard. ad. d. l. 19. C. de Usur. isque ad restituendos fructus post depositum faetam perceptos condemnari possit. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 36. def. 17. num. 8. Plures effectus vide ap. Reink. d. quest. 6. num. 468. & seqq. cum allegatis.

XL. Et haec sufficient de requisitis ad actionem ex pacto de retrovendendo ritè fundandam necessariis. Agendum jam est de meliorationibus extraordinariis, intrinsecis, per se non subsistentibus & quidem r. de iis, quæ pretio, impensis & industria, factoque emtoris rei venditæ accedunt. Ceterum cùm in hisce eadem regulæ obtineant, quæ de impensis necessariis, utilibus & voluptuariis in jure nostro traduntur, quapropter de iisdem in subsequentibus erit agendum. Neque iis, quæ temporis beneficio, rerumque vicissitudine rei venditæ accessere, immorandum existimo, cùm vendor non teneatur ex pacto ultra premium ab emtore solutum, licet valor ejus ad duplum (ut hodie & olim nihil communius, cùm pretia rerum varient: l. 3. ff. de eo quod certo loco) excreverit. Garf. cap. 22. num. 18. Idem de extrinsecis primi generis, quarum supra th. 7. in divisione facta est mentio, dicendum; quæ licet naturalibus æquiparent & proinde videri posset eandem in iis juris dispositionem obtinere, quod scil. vendori eas exigenti non ante sint restituendæ, nisi aestimationem eorum solvat; si tamen eadem cum fundo in eadem qualitate venditæ, eodem etiam modo amittantur, facile patet, & in retrovenditione emtorem nostrum absque refusione pretii ad earum restitutionem teneri. Extrinsecæ secundi generis cùm in acquisitionibus civilibus ut plurimum consistant, de iis th. sequenti aliquid dicemus. Extrinsecæ & per se subsistentes tertii generis, si ad nostrum casum applicandæ, e.g. si emtor noster possidens fundum emtum ex alio titulo, jure vel beneficio acquisivisset agrum confinem, quem univisset fundo emto, sub denominatione ejusdem fundi emti, patet quidem inde ex pluribus partibus fundum factum unum eundemque,

demque, quia destinatione patris familias fundus constituitur, dilatatur & limitatur. l. 24. §. 2. ff. de legat. i. & utra res cedat alteri, & cuius sit accessio, ex usu rei & consuetudine patris familias aestimandum, ut inquit l. 29. ff. de auro & argent. legat. 1. 98. §. 3. ff. de leg. 3. attamen hujusmodi emtor, si agrum istum confinem proprio & separato titulo, non ex natura rei fundo emto adjunxit, indubie illum facit suum atque ad suos transmittit haeredes & successores l. 64. §. 5. ff. solut. maritim. l. 69. ff. de contrah. emt. diversa enim & incomparabilis origo & natura rei auctae ab origine rei augmentatae facit, ut augmentum rei augmentatae naturam non assumat, ut inquit Schrad. de Feud. p. 2. par. pr. 9. sect. 2. num. 8. Et si illa, que facta vasalli ex alia causa feudo adjiciuntur, propriam ac separatam conditionem habent, egentque separata possessionis apprehensione, ut dicit l. 7. §. 1. ff. pro Emto. Carolus Molinaus Conf. Paris. iii. 1. §. 1. gl. 5. n. 20. in emtore eadem obtinebit juris dispositio, neque dispositum in uno censetur etiam dispository in altero, neque petitio vel sententia lat. de successione extenditur ad augmentum extrinsecum per se subsistens, sed alia petitio, aliud judicium, alia sententia necessaria. Gars. d. c. 22. n. 6. Quamdiu igitur clara, aperta & perspicua verba largitatis & donationis rei augmentatae non adiungunt, nec praesumptio inducetur contra juris regulas l. 25. pr. ff. de probat. l. 55. ff. de O. & A. quandocunque enim potest capi alia praesumptio, quam donationis, non praesumitur donatio. l. 47. ff. de oper. libert. Menoch. arbitr. jud. quæst. lib. 2. ceni. 1. cat. 88.

XLI. De Civilibus, quarum etiam mentionem th. 7. fecimus, ita existimo: si occasione rei emtæ earum facta acquisitione ab emtore, ut si fundum annuis redditibus aliisque oneribus gravatum liberaverit, l. 65. de R. V. si servitatem prædiale rem deremerit, servitutes reales fundo acquisiverit, cum ha fine prædio constitui ac subsistere nequeant, l. 1. ff. commun. predior. §. pen. 1. de servit. in eisdem quidem obtinebit, quod accessoriū acquiritur rei cui accedit, propter communem theoricam: Quod acquisita ex titulo & causa alicujus rei fiant ejus cujus res est. l. 6. ff. de A. R. D. l. 12. §. 3. ff. ad Exhib. attamen huic adherens est, quod quia emtor earum acquisitione rem possessam fecit melio-

meliorem, hujus meliorationis à Domino, cui res restituenda, aestimationem recipiat arg. l. 13. l. 33. ff. de donat. mortis causa Afflic. in t. 1. §. si Vasallus 2. F. 28. & in cap. 1. §. E contrario 2. F. 8. Garf. c. 22. n. 817. arg. l. 14. ff. de condic. indeb. Rosenthal. de Feud. c. 10. concl. 44. n. 4. Schrad. sect. 2. n. 3. Quod si emtor separatim titulo proprio jurisdictionem in castro emto acquirat, nihil pertinet haec ad venditorem, ejusque successores, sed ad emtorem ejusque haereses, quia territorium potest esse sine jurisdictione, & jurisdictione sine territorio, utpote qua est qualitas à terra separabilis, & valebit hic regula, quod tantum & tale prescribatur, quantum & quale possidetur p. l. 1. §. 5. ubi Bart. ff. de itin. actus, privat. c. 29. X. de decim. latè Felin. in cap. auditio col. 5. & 6. de prescript. Gail. l. 2. O. 62. quod etiam ad gabellas, decimas, aliaque jura à fundo separabilia & per se subsistenta referri per allegata probat Garf. d. l. Fachin. lib. 7. cont. 89. An autem hoc saltem de Civilibus meritis & simpliciter talibus, quae titulo oneroso fuere acquisitæ; non verò iis, quae beneficio à lege introducto, veluti prescriptione, fundo accessere, afferendum sit? jam non disputo; præterquam enim quod in Vasallo hæc controversia non satis sit expedita, si dubitetur, utrum jure suo, an verò jure feudi incrementum tale prescriperit, Tiraqu. de R. P. §. 32. gl. 1. n. 76. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 44. num. 7. major adhuc ratio pro emtore nostro militabit, quod minus venditor à solutione pretii ejusdem liberari possit, si tale quid prescriptione acquisitum cum prædio ad eundem revertatur per supra all. De meliorationibus casuibus, inter quas supra thesaurum retulimus, licet ob varios casus, qui accidere solent, certi quid statui non possit, generalem tamen juris dispositiōnem si sequimur, eum ab emtore repertum, ad eundem pertinere, ejusque commodo cedere, patet ex l. un. C. de Thesauris, quae non tribuit facultatem Dei donum invidiosâ calumniâ persecui, & superfluum judicat hoc precibus postulare, quod jam lege permisum; secus esset si venditor recididisset pecuniam in agro quem postea vendidit, tunc enim non fiet emtoris. l. 67. de R. V. In dubio autem si constare nequeat, an illa pecunia abscondita sit thesaurus nec ne, inventore afferente esse thesaurum, venditore verò negante, onus probandi incumbet asserenti.

ferenti. Alvar. Valast. de jur. Emphyt. quæst. 15. Garf. d. l. n. 56. quod si probaverit, thesaurus ad emtorem pertinebit d. l. 67. de R. V. Utrum autem hoc in casu emtori invenum ita reliquerendum, ut propter eandem accessionem vendor ultra dimidium laesus actionem ex l. 2. C. de Res. V. intentare nequeat dubitatur per ea que tradit Ludov. Roman. in l. si quis 36. ff. de V. O. & affirmativam iuri magis consentaneam existimo per l. 67. ff. de R. V. Est enim thesaurus nihil aliud, quam vetus quædam depositio pecunia, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat l. nunquam 31. §. 1. ff. de A. R. D. conf. l. 22. ff. fam. bervis. Si ergo ea pecunia dominum non habuit l. un. C. de Thesaur. lædi vendor non nisi in suo potuit, hæc autem pecunia ejus non fuit, imd nullius, ergo & is qui nescit, non possidet thesaurum, quamvis possideat l. 3. §. Nerratus 3. ff. de A. vel A. poss. ergo læsus in pretio dici non potest, si quis pro thesauro, quem non possidebat nihil acceperit. Arum. disp. 13. ad l. 2. C. de R. V. th. 19. Fachin. 2. cont. 20. p. 155.

XLII. Agendum jam de iis meliorationibus, quæ in expensis consistunt: Has quoq; is, qui ex pacto de retrovendendo reemere vult, tenetur refundere arg. l. 13. §. 8 ff. de A. E. quia pretij nomine omne comprehenditur, quicquid ejus causa additum est rei emtæ l. fundi pariem 79. ff. de contrah. emtione. Conf. Frid. de jure protimis. vers. licet ibi: debent solvere justum premium cum expensis. Tiraqu. gl. 1. §. 7. n. 4. 13. & seqq. & all. 1. 82. de condit. & demonstr. l. 34. §. 1. ff. de statu liber. verb. nec minus computare rationes. Modestin. Pistor. conf. 27. n. III. Matth. Berlich. p. 2. concl. 41. n. 31. Carpzov. p. 2. conf. 1. defin. 27. Reinck. de R. C. quæst. 6. n. 367. cum allegat. Garf. cap. 18. pr. Inter eas autem primo se offerunt sumptus & expensæ consuetæ in vel circa contractum factæ: quales sunt sumptus vini, vulgò der Weinkauff/ quæ expensæ integræ refundendæ. arg. l. 37. ff. de H. P. Gail. 2. obs. 19. n. 9. Wehner obs. pract. verbo Weinkauff fol. 687. vers. qui rem retrahit, Berlich. p. 2. concl. 41. n. 32. Reinck. d. l. n. 369. 2. Arrhae vendori date. Kœppen. decis. 52. n. 24. quod cum distinctione admittit Carolus Molinanus ad Conf. Paris. tit. I. §. 20. gl. 5. n. 18. & T. I. §. 13. gl. 9. n. 3. etenim si in certa specie consistant, tunc repetuntur per conditionem sine causa per l. ex emto II. §. is qui 6. v. ego illud, ubi Bart. ff. de act. empi si vero in pecunia, computantur in premium, l. 2. verb. recuperare. C. Quando. licet

et ab emt. disced. in dubio autem censetur actum, ut cedant pre-  
tio per l. fin: ibi reliqua pecunia. ff. de lege commiss. Reimk. d. l. n. 374.  
& seqq. Vultei. conf. Marp. 15. n. 268. vol. 1. & conf. 17. n. 97. Alciatus  
inter necessarias expensas refert eas quoque, quæ ex consue-  
tudine regionis sine dedecore omitti non possunt, in expl. l. im-  
pensa ff. de V. 8. impensa vero necessariæ sine controversia re-  
fundendæ, de quibus mox pluribus agemus. 3. Quod Lau-  
demij & gabellæ nomine datum, vel proxeneticis, mediatori-  
bus ex consuetudine loci, quæ impensa utique etiam restitu-  
endæ, per l. 27. ibi vel si quid accessionis nomine & ibi. sed & si quid em-  
ptionis causa, & paulo post, indemnisi enim debet emtor discedere. ff. de  
Ædil. Edic. jubent quippe Ædiles restitui & quod venditioni  
accessit, & si quas accessiones ipse præstiterit, ut uterque reso-  
luta emtione nihil amplius consequatur, quam haberet, si  
venditio facta non esset, verba sunt l. 23. § 1. ff. d. t. & facta redhibi-  
tione omnia in integrum restituantur, ac si neque emtio neq;  
venditio intercessisset. l. 60. eod. Si itaq; emtor ejusmodi lau-  
demia solverit, ad quæ ex venditione jure tenetur. l. fin. C. de jur.  
Emphyt. l. 27. in fin. ff. de Ædil. Edic. Molinaeus in consuet. Paris. tit. 1. §. 23.  
gl. i. n. 8. Wiesnb. conf. 16. n. 1. parvi. venditor reemens ea refundere  
tenetur, per ea, quæ ex pluribus allegat. tradit. Reimk. d. l. a. n. 378.  
ad 381, qui licet loquatur de consanguineo retrahente, idem ta-  
men de venditore ex pacto testatur Pet. Gregor. in Syntagma. l. 25.  
c. 16. n. 6. Boer. decisi. 181. n. 8. Berlich. p. 2. concl. 47. n. 34. Gars. cap.  
18. n. 46. & seqq. Mantic de Tac. & Amb. convent. lib. 4. tit. 32. n. 120.  
Tirago. de Retr. conv. §. 6. gl. 2. n. 2. quietam 4. per d. text. de oneri-  
bus, tributis & vestigialibus idem tenendum existimat, quod  
scilicet ille, qui contractum rescindit, obligetur ad refusio-  
nem ejus, quod fisco vel domino solutum. Gars. d. l. n. 53. & seqq.  
Id quod è magis obtainere dicendum, si emtor forte vendito-  
ris gratia onus aliquod in se suscepit, cuius aestimatio, cum  
pars sortis & contractus principalis sit, omnino emtori refun-  
denda, Paul. Christinus decisi. belgia. 281. n. 7. vol. 1. Peregrin. de fidei-  
com. art. 50. n. 50. l. 16. C. de N. G. quamvis ante retrovendictio-  
nem eorum erogatio spectet ad emtorem; l. 28. ff. de usufr. cum  
& fructus percipiat l. 13. §. 20. ff. de A. E. quorum talia onera  
sunt pedissequa l. 13. ff. de impens. in res dot. Reimk. d. tract. quest.  
8 n.

8. n. 57. Garf. cap. 16. n. 36. 37. Add. Molinae in Conf. Paris. §. 33. gl.  
 1. n. 33. Daniel Möller lib. 4. semeſtr. t. 4. Ampliatur 5. hæc concluſio, ſi emtor venditionis gratiâ mutuaverit aliquid vendito-  
 ri, ut ejus etiam ſit in retrovenditione habenda ratio, ex quo  
 intereffe illius mutui pars pretij videatur per tradita à Tiraqu.  
 de Rer. lign. §. 1. gl. 18. n. 69. & ſeqq. Reinck. d. l. n. 383. Paul. Chriſtianus decif. cur. belg. 281. n. 6. 6. Tenetur venditor ad expensas  
 instrumenti defuper confeſti, arg. l. Tiriſus 43. pr. & §. de ſumpribus  
 ibi non enim pretium contineat tantum, ſed omne quod intereffet ſervum non  
 evinci. ff. de act. empt. Reinck. n. 385. & cit. qui ex Chaffanæ cam ad-  
 dit rationem: quia emtor tenetur facere cefionem, ſeu trans-  
 portum juris ſui per emtionem acquiſiti in retrahentem, ſi  
 mulque instrumentum emtionis ei cedere, ideoque nec imme-  
 ritd ejus ſumtus recipiet. Mantica de tac. & amb. convent. lib. 4. tit.  
 33. num. 119.

XLIII. Sed & impensas post contractum in rem pacto re-  
 trovenditionis obnoxiam factas venditor offerre ac restituere  
 tenetur, quod 1. in impensis necessariis absque dubio verum  
 eſt. l. 16. ff. de in diem add. l. 61. locati l. 29. §. 2. & ſeq. l. 30. ff. de A-  
 dil. edict. l. 39. §. 1. ff. de minor. cum eae in conservationem rei fa-  
 ctæ augeant illius pretium l. 6. C. de pignor. juncta l. 79. de V. S. &  
 efficient, ut rei substantia maneat ſalva l. 5. 6. 7. ff. qui potior in  
 pign. l. 14. de impens. in res dot. fact. quamobrem cum haec impen-  
 ſae habeant neceſitatem impendendi, quæ ſi factæ non eſſent,  
 res aut perfitura, aut deterior futura fuilſet. d. l. 79. ſemper de-  
 ducuntur etiam à malæ fidei poſſeffore l. ſi neceſſariias 8. ff. de pig-  
 norat. act. l. 7. §. impendia ult. ff. ſolut. matrim. l. donum 5. C. de R. V. l. in  
 rebus 18. §. poſſunt 2. ff. commod. Gail. 2. O. 19. n. 8. Berliche. Carpoz.  
 ſupra all. locis. Boerius decif. 47. n. 8. allegatio à Reinck. d. l. n. 386. qui-  
 bus add. Garf. c. I. n. 24. & cap. 2. n. 1. Georg. Everhard. conf. 54. n. 35.  
 Anton. Niger. pr. cap. 8. n. 31. Franciſcuſ Caldaſ Peirera de emtion. vend.  
 cap. 27. n. 24. Huc pertinēt, cum in exſtruendas exuſtas aedes  
 ſacras, ad cultum diuinum peragendum, inhabitationem Do-  
 mini civitatis, in exactionem teloniorum impensæ inſumptæ  
 ſunt; has enim pluſ necessarias, quām utiles eſſe appeter. ex l.  
 58. ff. de Legat. l. l. 1. §. 3. de impens. in res dot. Menoch. de arbitr. jud. q. lib.  
 2. cent. 3. cas. 215. n. 5. Marta digef. nov. tom. 4. tit. melioratio cap. 8.  
 ejus-

ejusmodi sunt etiam non solum eæ, quæ in arce vel castro aliquo ædificando vel reficiendo, sed etiam illud custodiendo, ab omnibus oneribus incursionibus tempore belli liberando, è manibus hostium recuperando, atque muniendo factæ sunt, quæ etiam ut omnino necessariæ refundendæ, antequam res per revenditionem restituenda, cap. 2. in fine X. de defensione, impudentrum. ubi ea quæ pro bono pacis sunt urgentissima, necessitate interveniente fieri dicuntur Bald. I. conf. 303. n. 2. cum alleg. Petrus de fideicommiss. quest. 15. n. 227. Alciat. 9. conf. 69. n. 20. Mangil. de Erric. quest. 185. n. 112. & in terminis Schrad. de feud. 2. par. 9. part. 2. n. 22. Tuscus. concl. 182. melioramenta n. 59. Amat. resol. 14. n. 27. contrariatur Bart. in l. cum quereretur 60. §. pradiis 3. ff. de Legatio. 3. quæ concordat. Peregrinus de Fideicom. art. 50. n. 21. vers. interdum allegat. ab Anton. Niger pr. cap. 8. n. 37. & §. 8. & §. 19. num. 23. Add. Marescot var. resol. lib. 7. cap. 119. n. 5. Rebell. de oblig. iust. l. 7. quest. 3. n. 7. & 8. qui tamen hanc sententiam limitat in iis impensis, quæ consueverant fieri ab ipsis castri redditibus, quia hoc si non expresse, saltem tacitè videtur conventum, ut ex eisdem custodiæ impensa compensetur.

XLIV. Quæ de necessariis diximus, extendimus etiam ad utilles impensas in rem emtam factas, quæ eam meliorem faciunt, cùm passim videre licet necessarias cum utilibus conjungi per supra alt. textus l. 5. §. 2. ff. de in rem verso in l. 38. 39. de H. P. & ita tener Chassanau ad Confusitud. Burgund. tit. de Retraict. verb. les fraîx raisonnables n. 1. conjungens utilles & necessarias, similiter eas jungit Gail. 2. O. 19. n. 9. Tiraqu. de R. C. §. 7. gl. 1. n. 5. Garſ. c. 1. n. 25. 26. & 27. allegatiæ à Reimk. de R. C. quest. 6. n. 401. & seq. cum qua juris civilis dispositione concordat Ordinat. Solmens. tit. 12. §. wann aber ibi. nothwendige und nützliche Arbeit gethan hatte. & Ordin. Haſſo Darinſtad. in verb. neben der Befserung so einigen nothwendig oder nützlich in das Gut gewandt &c. zur gnüge erstatteſt. Anton. Niger. cap. 8. §. 3. & 4. ubi exempla utilium melioramentorum, qualia sunt plantatio vineæ, &c oliveti, disboscatio fundi, plantatio ulmarum, latè refert. Garſ. c. 15. n. 4. & remissions Tiraq. d. l. n. 16. Marescot. var. resol. lib. 2. c. 109 n. 10. Contrarium autem videntur tenere allegati à Reimk. quest. 6. n. 403. & de contraria aliquot

G

locu-

locorum, Regnique Galliae consuetudine testatur Nicol. Boerius  
decis. Burdegal. 47. n. 8. & n. 10. quem refert Daniel. Möller ad const.  
Elect. Saxon. §. 2. C. 32. n. 23. & seqq. ubi indefinitam locutionem  
d. const. **Besskrung** ad necessarias saltem restringendas exi-  
stimat, de quo etiam videndus Berlich. p. 2. concl. 41. n. 41. Ratio-  
nes suæ opinonis adducunt ex l. fin. §. emtor C. comman. de Legat.  
Quod omnis emtor scire debeat rei gravamen, ideoque pro-  
spicere & cogitare, ut res retrahatur, per l. eti 26. §. sferia 7. v.  
quia prospicere ff. ex quibus caus. majores & plures text. all. à Reinck. n.  
405. sicut etiam, quod non sit, dominus irrevocabilis l. 4. §.  
sed & Marcellus 2. ff. de in diem addict. l. si servos 25. ff. de pignor. act.  
Caeterum cum ratio ex d. l. fin. desumpta loquatur de grava-  
mine rei fideicommisso subjectæ & alienari prohibiteæ, in  
quam emtor meliorationis impensas faciens, eas non repetit;  
nos autem hic in eo versemur casu, ubi quis in rem suam, nec  
alienari prohibitam impedit, quod gravamen præcismum rei  
venditæ fuit annexum, naturalis rationis dictamen in hoc ca-  
su præcipue militat, ne vendorum cum emtoris detimento lo-  
cupletetur, & illa nota Gothoff. ad d. l. fin. §. emtor & ad l. plane  
38. ff. de H. P. licet etiam emtor verisimiliter præscire possit,  
evenire posse, ut res per retrovenditionem exigatur, quia ta-  
men de futuris contingentibus non potest certa determinari  
veritas, Bart. in l. 83. inter stipulantem §. sacram. 5. de V. O. præler-  
tim in casu ubires per aliquot secula in emtoris dominio per-  
mansit, bona fides non patitur ut in tali incertitudine consti-  
tutus emtor, utiliterque in rem emtam impendens, damno  
afficiatur; vendor autem cum illius injuria contra natura-  
lem æquitatem locupletetur, contra l. 90. ff. de R. l. Reinek. num.  
422. & seqq.

XLV. Quæ quidem assertio de meliorationibus perpe-  
tuis indubie vera, Manticad. T. & A. C. lib. 4. t. 33. n. 118. Marescot.  
d. l. n. 19. nam si solum ad præsentis anni fructuum impensa  
facta est, ut agri colendi, non deducitur, sed fructibus imputa-  
tur, per l. 3. §. 1. ff. de impens. in res dot. fact. Menoch. lib. 2. arbitr. jud:  
cas. 215. n. 4. & seqq. & remed. recip. poss. 15. n. 513. & seqq. Perpe-  
tuae autem meliorationes quæ dicantur? videndi sunt Menoch.  
cas. 258. Petra de fideicom. quest. 15. n. 245. cum decem seqq. Carov. de  
locat.

*Vocat. S. 4. de Expens. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 50. n. 4.  
vers. Non exigo. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 43. num. 62. & seq. Nata  
conf. 256. n. 3. ubi in perpetuam utilitatem fieri dicit quod de  
cennio durat n. 2. Surd. conf. 333. n. 29. Barbosa in l. 7. §. 1. divortio §.  
fin. ff. solut. matrim. n. 21. vers. quarto. Sed si non perpetuam fundi utilita  
tem respicimus, sed certum tantummodo tempus, quid dicendum? Et quod  
necessariæ & utiles, modò tempore, quo factæ fuere, tales fue  
rint, etiam si eo quo refici debent, desierunt esse, deducendæ  
sint tenet Casstr. in l. sumus 61. ff. de legat. I. n. 4. circa med. all. ab An  
ton. Nigr. pr. cap. 8. n. 74. idem statuit Riminald. Jun. Conf. 4 II. n.  
21. de duraturis non quidem perpetuò, ultra tamen tempus,  
quo res meliorata restituitur, qui in subseqq. loquitur de fossa  
tis expurgatis, quorum expurgatio est duratura & futura uti  
lis fundo postquam fuit domino restitutus. Alexand. in l. 7. §. I.  
divortio fin. ff. soluto Mair. n. 3. Tusc. concl. 176. n. 30. exemplum re  
ferens conductoris, qui vineam fulsist pallis duraturis finitâ lo  
catione. Peregrin. de fideicomiss. art. 50. n. 4.*

**XLVI.** Sed anne venditor à prestatione melioramentorum libera  
bitur, si emtori praeslet ea tollendi facultatem? quod videbatur affir  
mandum, quatenus scilicet sine dispendo soli auferri possunt  
per l. 37. 38. ff. de R. V. Locam. quest. 141. cùm in alternativis ele  
ctio semper debeat esse debitoris l. 10. §. fin. ff. de jure dot. cap. in  
alternativis 70. de R. I. in 60. arg. 6. I. 2. Feud. 28. §. si. Vafallus. Cæte  
rum cum hæc elecțio debitoris multis modis restringatur, &  
ad eos ferè casus coarctetur, quibus ea Jure Civili Domi  
no aduersus alios b. f. possessores concessa est, per tradita à  
Schrad. Sect. 2. n. 96. Harim. Pistoris quest. 42. n. 9. Rosenthal. d. concl.  
43. n. 157. ita in venditoris libera electione non consistit, utrum  
emtori ablationem permittere velit, sed necessariæ & utiles  
impensas præcisè emtori restituere tenetur, si fundum recipere  
velit, alias enim per exceptionem dolii mali repelletur. §. 31. v.  
certe l. de R. D. Dd. in l. 38. ff. de R. V. Zang. de Except. p. 3. c. 13. n. 52.  
& 60. regulariter enim in sumtibus à b. f. possessore factis ni  
hil interest, an impensæ à re tolli & separari possint, an secus?  
l. 43. v. de sumtibus ff. de Act. E. V. l. 4. §. 9. de dol. Exec. l. 11. C. de R. V.  
cum textus isti generaliter loquantur; Impensæ etiam necel  
fariæ & utiles ita sint comparatae, ut sint inseparabiles, vel

sublatæ nullius usus. Sicut enim malitiis tollentis non est indulgendum, si offeratur ab auctore meliorationum æstimatione, per all. l. 38. ff. de R. V. sic nec domini eligere volentis, ut inter relata idem jus & æquitas bene inviolata custodiatur. Rosenthal. d. l. n. 154. conf. de hac quest. Anton. Niger. cap. 8. §. 33. Gars. cap. 12. n. 85. vers. quia in legibus. Quod quidem absque dubio verum, si dominus sit solvendo, & si easdem probabiliter facturus fuisset l. 30. vel sciens passus sit emptorem impensis facere l. 38. l. 27. §. 5. l. 29. ff. de R. V. l. 5. §. 2. ff. de doli Except. si verò solvendo non sit, facultatè tollendi præstita liberabitur per d. l. 38. de R. V. modo sine interitu & dispendio meliorationes tolli possint, quoniam arbores vel vites plantatae, postquam radices egerunt, evelli prohibentur. l. 26. §. 2. ff. de A. R. D. Sed si nihil absque dispendio tolli posset, frustraretur hoc ipso emitor suis expensis? Officio judicis hoc ipsum continebitur, ut & venditori egenti & emtori æquè succurratur. Huc quadrata regula, quam Anton. Niger. d. l. num. 3. refert: quod in alternativa legis eleæcio est judicis, præsertim si expresse non sit à lege vel hominis dispositione dictum an reo vel auctori sit concessa optio: Add. Marescot. var. Res. lib. 2. cap. 90. n. 30. 31. & n. 32. Menoch. recip. poss. remed. 15. n. 524. & Zas. in l. divertio §. impendia n. 6. & 9. ff. solut. matrim.

XLVII. Neque immeritè emitor repetit tam usuras pretij, si scilicet ex re emta non percepit tantum fructum, qui legitimis usuris respondeat, vel quem ex pacto adjecto percipere debebat, quam expensarum necessiarum ac utilium, per texti in const. Frideric. de Jure protim. v. & licet ibi debent solvere ju'lum premium cum usuris. Constat enim ex Jure, quod totum debitum fortis & usurarum solvendum sit, antequam actio ad reliendum nascatur, l. 9. §. 3. ff. de pign. act. cùm per l. 4. C. de usuris per retentionem pignoris usuræ servari possint, de quibus præstandis convenit, licet stipulatio interposita non sit & pignora conventione pacti etiam usuris sint obstricta. l. 22. C. eodem Manc. de tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 32. n. 117. & seqq.

XLVIII. Sed quoniam utiles impensis ex arbitrio judicis temperamentum accipere debent, p. l. 25. de pign. act. & l. 34. ff. de Negot. G. prædicta l. limitanda in impensis valde modicis

dicis & exiguis arg. l. 12. ff. de imp. in res dot. l. 7. §. hactenus ff. de usuf. quas ut dicitur non solet curare prætor l. 4. scio de in integr. ref. l. 9. in fin. l. 10. ff. de dol. l. 54. ff. de contr. empt. Gail. 2. de pat. publ. c. 10. in fin. I. O. 151. n. 12. & 2. O. 207. n. 6. haec enim cum fructibus compensantur. Marescot. resol. 109. n. 18. Molignat. de re tent. quest. 4C3. Peregrin. de fideicom. art. 50. n. 45. Daniel Möller ad supr. all. conf. Elec. 32. n. 27. Reink. quest. 6. n. 395. usq; ad 400. Modicæ autem quænam dicantur V. Anton. Nig. c. 8. §. 48. n. 8. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 215. num. 7. & seqq. Schrad. de feud. 2. p. 9. p. scđt. 2. num. 69. 2. In immodicis, infolitis, & nimium fraudulentis & onerosis quæ duriorem venditori redimendi conditionem facerent: quæ autem dicantur magnæ? V. Bart. in l. cotem. II. §. 1. qui maximos 5. ff. de publican n. 13. in pr. Jason. l. 1. C. de jure emphyt. num. 29. Natta 1. Conf. 13. n. 2. & 3. Roland à Valle conf. 83. lib. 4. n. 8. v. 6. & n. 10. & seqq. Bald. in l. licet C. Locati n. 9. in fin. Caroc. de locat. §. 4. de expensis num. 49. Quæ quidem si in fraudem juris retractus factæ sunt, qui emtorem malignè fecisse contendunt, adeoque iisdem frustrandum. arg. l. sed an ultro 10. §. 1. ff. de Neg. G. Tiraqu. de R. C. §. 7. gl. 1. num. 5. Gail. 2. O. 12. n. 6. Boer. decis. 47. n. 10. Peregrin. de fideicom. art. 50. n. 33. Molignat. de re tent. quest. 401. Berlich. p. 2. concl. 41. num. 43. Menoch. recip. poss. remed. 15. num. 553. Schrad. de feud. p. 2. part. pr. scđt. 2. num. 91. & all. à Reink. quest. 6. num. 409. & n. 434. Coeterum cum eo in casu ubi emtor per aliquot secula in possessione & dominio rei venditare fuit, & in terminis meliorationis, que ipsi concessa, perficit, nulla fraus præsumi possit, imo verisimile sit venditorem tacite, ac non contradicendo tales approbase, nulla ratio prohibet, quin etiam immodicè, mode utiliter factas æquè ac necessarias repetere poterit arg. l. 7. §. 7. ff. de usuf. Frustraretur enim emtor suis expensis, venditori è contrà licaret locupletari cum alterius damno. Ideoque in hac quæstione præsertim arbitrium judicis exigitur, ut neuter ex his fraudetur, ut in simili concludit Imperator in l. 8. ff. qua in fraud. cred. hoc est: officio judicis id ipsum continebitur, prout dicitur in l. 38. ff. de P. H. vel prout definit l. 38. ff. de R. V. Bonus judex varie ex personis causisque constituet, h. e. pro ratione temporis, loci, rerum melioratarum, impensa-

rum, aliarumque circumstantiarum, facile dijunctionem inveniet: In qua æquitas maximè observanda, sicuti enim in omnibus rebus, ita & hic justitiae æquitatisque præcipuam rationem habere debet, l. 8. C. de judic. l. 4. §. 1. ibi in summa ff. de eo quod certo loco l. 8. C. de paci. conv. Ita scil. ut neque delictus venditor, neque onerosus emtor audiatur; ut in simili loquitur Ulp. in l. 25. ff. de pignor. act. l. 14. ff. de cond. indeb. Tholos. fñtag. p. 3. lib. 26. c. 21. n. 5. Marescot. d. Resol. 109. num. 20. Molineus consu. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 82. Cujas. lib. 10. obs. 1. 3. Limitatur nostra assertio in iis impensis & meliorationibus, quæ post legitimam depositionem & confimationem pretii oblati ab emtore factæ, in quibus terminis loquitur Boër. decis. 47. qui tamen denunciatione non obstante, arg. l. de pupillo. 5. §. si quis rivos 11. ff. de novi oper. nunc. & all. text. valde necessarias emtorem facere & repeterem posse ait n. 3. 4. Si emtor contra legem vel statutum meliorationes fecerit, perdit enim emtor eo in casu bonam fidem. de quo testatur Reink. quæst. 6. n. 413.

X L I X. Sed si neque tale Statutum extet, neque premium legitimè oblatum, sufficit ne denunciatio, vel prohibito vendoris, ut emtor impensis post protestationem factas retinere nequeat. Pro cautela Dd. hoc tradunt communiter, per ea quæ tradit Reink. d. quæst. 6. n. 414. cum allegat. Tiraqu. de R. C. §. 7. n. 5. Boër. decis. 47. n. 8. Verum ex l. ult. C. de negot. gest. distinguendum existimo: Autenim illæ meliorationes & impensæ dependent ex mera voluntate prohibentis, qui adhuc plenum in res sua jus retinuit, is sanè, si protestatus sit, postillius prohibitionem, factamque testificationem pro melioramentis nulla competet actio. d. l. ult. cum non careat fraude, qui conventus testato perseverat, l. 10. §. quod ait 2. ff. quæ in fraud. credit. quod tamen cum grano salis accipiendo esse supra ostendimus, neque d. l. ult. de necessariis impensis intelligenda, sine quibus res plane constare non potuisset, quarum nomine etiam deductio competit. l. 5. C. de R. V. arg. l. 5. §. 11. si quis rivos ibi Jason ff. de Oper. N. N. l. 1. §. si quis purgantis 13. ff. de clac. junc. l. 20. §. hoc interdictum ff. de O. N. N. in primis si illæ impensæ publicam utilitatem vel interesse Reip. respiciant illas enim etiam post prohibitionem factas repeterem posse, testatur

statur Cyn. in d. l. ult. C. de N. G. Schrad. de feud. 2. part. pr. sect.  
2. num. 81. circa finem Marescot. d. Res. 109. num. 13. Vel non dependent ex prohibentis protestatione, sed possessori, qui expensas facit, jus aliquod quæsitum competit in illa re meliorata, vel ex lege vel ex contractu, quæ requisita in emtore nostro concurrunt, cùm pro libitu in re sua sit moderator & arbitr. & tunc sancè arbitrio judicis, secundum legem conventionis, quæ est pars contractus, l. 79. ff. de contrab. emt. meliorationes istæ restituendæ. arg. l. 10. §. 1. l. 27. ff. de N. G. l. 50. ff. de petit. hered. l. 43. ff. de act. emt. Alvarus Valascus jure emphyt. que 25. num. 9. Garf. cap. 6. num. 2.

L. Sed quid juris obtinebit, si melioramenta perierint? Communis Dd. videtur opinio, quod emtor ex pacto de retrouendendo id tantum, quanti fundus vel res tempore restitutionis melior est, etiam si expensæ majores, deducere possit l. 39. §. 1. ff. de minor. cap. I. X. de in integr. refl. imprimis per l. 38. ff. de R. V. ubi redditur saltem impensa, quæ pretiosior res est facta, quia re peremta non potest dici. res melior vel pretiosior d.l.38. verbo usq. è duntaxat, quod tamen ad impensas necessarias extendi non debet, cùm hæ tam in vindicatione rerum singularium, quæm haereditatis petitione, licet illæ non extant, possint deduci per l.38. de H. P. l. 27. §. 3. 5. de R. V. l. 8. pr. de pignor. act. l. 3. §. 8. ff. de in rem vers. l. 4. ff. de imp. in res dot. Anton. Niger. cap. 8. §. 35. num. 30. & seqq. Menoch. recip. poss. remed. 15. n. 51. Rebel. de obligat. just. lib. 7. que. 7. num. 5. De utilibus licet ob rationem differentiæ, quam refert Franc. ad tit. de R. V. n. 58. Gars. cap. 6. num. 14. inter judicium singulare & universale per d. l. 38. de R. V. aliud dicendum videatur, nihilominus non obstante prædicta ratione, quæ in casu nostro omnino cessare videatur, jure etiam Hispanico non attenditur, teste Garzia cap. 5. num. 7. pro emtore nostro in servatione utilium melioramentorum, licet absque sua culpa perierint, facere posset l. 10. §. l. ff. de N. G. cum negari non possit, ut quæ semel fuere facta. l. in bello 12. §. 2. ff. de cap. & postlim. non sint facta, & quo ad effectum juris satis sit, licet deinde quod factum est extinguatur, per ea quæ latè disputat Anton. Niger. cap. 8. §. 35. num. 4. & seqq. qui licet distinguat num. u. in utilibus, pro dubitandi ratione iterum

afferri posset, quod emtori, qui in rem emtam aliquid impedit, que postea à domino evincitur seu revocatur, ex posteriori capite actionis ex emto præstandum sit, omne quanti interest, rem non esse evictam l. 60. ff. de evict. Quod cùm recipiat augmentum & diminutionem, prout quandoque plus minusve interfuit, in eo etiam impensæ & meliorationes continebuntur, licet absque culpa emtoris perierint l. 43. v. de sumib. l. 45. ff. de act. emti l. 8. 15. 16. 60. 66. §. 3. 67. 70. 74. Et simil. de evict. quibus, add. l. dominus 58. ff. de legat. l. l. 10. §. 6. ff. de in rem verso l. 9. §. 2. Et 4. de rebus aut. jud. poscid. l. 3. §. 6. ff. de in rem verso. Niger d. §. n. 44. Roland. à Valle vol. 1. cons. 28. num. 18. qui de domo constructa in fundo rustico colonorum causa, destruta à militibus, persolvenda à fideicommissario respondit, & quod ejusmodi melioramenta sint reficienda emtori, qui vi- gore pasti retrovendit, volunt Tiraqu. de R. C. §. 7. gl. 1. n. 10. cum all. ubi afferit exemplum medici quem dicit posse ægrotum invitum medicari & impensas & mercedem repetrere, et iam si is mortuus sit.

LI. Quà quidem stante hypothesi communis Doctorum opinio, quæ inspecto præsenti rei statu impensarum rationem habendam esse, easque, non secundum illud tempus, quo factæ fuere, sed secundum tempus restitutionis aestimandas esse tradit. Molinaus ad consu. Paris. §. 1. gl. 5. num. 113. Peregr. art. 50. num. 72. Vincent. Caro. de locat. cond. p. 3. rubr. de expensis num. 13. fol. 239. in emtore nostro dubio non carebit; five enim cum Garsia c. 24. num. 1. & 2. 4. Schrad. de feud. part. 2. p. 9. pr. sct. 2. num. 100. nullam distinctionem inter b. f. possessorem & dominum rei, qui jure dominii, licet revocabilis expendit, admittamus, ita ut etiam in emtore nostro non temere à regula quæ traditur in d. l. 38 de Rei. Vind. (sc. si plus impensum quam melioratum, non in plus teneatur venditor, quam melioratum, & si minus impensum plus vero melioratum non in plus, quam impensum) sit recedendum; quo patet emtor noster necessarias ac utiles impensas consequetur, quæ absque ejus culpa periere, & quæ inspecto rei statu præsenti temporeque restitutionis non amplius extant? quia per d. l. non in plus consequitur quam melioratum, è contraria, si tempore restitutionis plus melioratum, quam impensum

impensum, e. g. cum in molam vel ædificium emtor non nisi  
ccatum impenderit, quæ tempore restitutionis ducenta æsti-  
mantur; quo pacto æstimatio secundum præsens tempus insi-  
tui poterit? cum impensa præteriti temporis saltem debean-  
tur, centum nimirum, non ducenta, in quæ mola secundum  
tempus restitutionis est meliorata. Quod si distinctionem  
præcedentem admittere velimus in domino, quod in eo non  
habeatur ratio expensarum, sed meliorationum simpliciter &  
præsentis temporis æstimatione, sive fundus modò pluris, mo-  
dò paucioris creverit, ut hoc prolixè probat Alvar. Valaf. I. E.  
qwest. 25. n. 28. Menoch. remed. recip. poss. 15. n. 558. Gars. c. 24. n. 3.  
ibid. all. & in terminis loquitur Anton. Niger. c. 8. §. 29 n. 32. cum laudat  
Ruin Alciat. Roland. à Vall. &c. cui opinioni tamen contradicentes allegat.  
n. 36. facile contingere posset, ut dominus vel mola non pluris  
æstimetur tempore retrovenditionis, quam mille, cujus tamen  
partes separatae & mercedes opificum ad duo vel tria millia  
constitissent; an hoc pacto emtor indemnus ab emtione recede-  
ret? quod tamen per l. debet ff. de Ædit. editio fieri debet. Ut vel  
hinc Dd. dissonantiam circa melioramentorum æstimatione-  
rem videre liceat, quæ quidem cum ex variis circumstantiis  
potissimum dependeat, certà theses definitione concludi  
non potest. Vid. interea Menoch. Niger. loc. all. & §. 30. Gars. p. m.  
1071. Marescot. lib. 2. var. resol. cap. II 4. n. 10. qui quidem secun-  
dum restitutionis tempus æstimationem in domino haben-  
dam asserit, verum hoc ita esse temperandum, ut fiat non sim-  
pliciter secundum tempus præsens, sed consideratis omnibus  
temporibus, sequendo veram & germanam Florentinarum  
PP. lectionem in d. l. domos 58. ff. de Legat. I. à cunctis recentio-  
ribus approbatam, quæ ut attestatur Anton. Augustin lib. 3. emen-  
dat. cap. I. circa med. ita se habet, & adificiorum etatibus examinatis,  
ætatem autem eo loco pro antiquitate sumi, tradit Thesaur. de-  
cif. 251. sub. n. 3. & seqq. Roland. à Valle Cons. 28. n. 18. lib. 4. Rebellus de  
Obligat. justitiae lib. 7. qwest. 6. qui n. 5. ex Barbosa in dubio creden-  
dum dicit expensam & meliorationem æquivalere.

LII. Et quamvis secundum regulam d. l. 38. de R.V. etiam  
pugnantes Dd. opiniones temperari posse putet Gars. c. 24. n.  
5. in decisione questionis, utrum meliorationes in concreto

H

hoc

hoc est respectu totius operis, an verò in abstracto, prout singula tigna separata sunt, æstimandæ sint? Ita ut eo casu, quo magis expensum quām melioratum, sola melioratio debeatur, ea autem, cum aliter considerari non possit, quām respectu totius operis, sit facienda in concreto respectu pretij meliorationis, arg. 2. F. 28. §. 4. vasallus l. 52. §. fin. & ibi. Dd. ff. fam. hercif. arg. 1. 66. §. 4. ff. de legat. 2. Rosenth. in synops. send. concl. 43. c. 10. n. 154. si verò minus expensum, quām melioratum, tunc quidem æstimatio heri poterit respectu singularium partium, & sic in abstracto, tamen res eodem recidit, & subtili ratione emtor defraudaretur suis impensis. Sive enim secundum relata ex Baldo & Jasone apud Molinaum ad Confv. Paris. gl. 5. §. 1. tit. 1. n. 114. & alios quos videre licet ap. Anton. Nigr. §. 29. cap. 8. n. 48. dicamus, meliorationes esse æstimationes in abstracto, quantum diruto ædificio singula rudera & partes vendi possent, facilè patet, disruptas trabes, refixas tabulas, disjectos lapides, nullius ferè esse pretii, sive per illam æstimationem in abstracto consideremus, quot trabes, tigna, quot lapides, quot calcis, quot argilla menituræ, quot artificum stipendia in melioratione consumta, uti post alios sentire videtur Natta referente Marescot. resol. 114. n. 13. Iusius v. melioramenta concl. 176. n. 34. neutro modo emtori nostro consultum erit, neque si æstimatio in concreto fiat, ab emtione indemnis recederet. Licet enim juris intellectu totum valeat pluris, quām omnes singulare partes per se, neque tanti valeant partes fundi seorsim separate, quanti totus fundus simul l. 52. §. fin. ff. fam. hercif. ibid. Glossa verbo partes gl. inl. 1. C. commi. div. verbo parte pretij all. à Garf. c. 24. n. 6. Sæpè tamen usu venit, ut pluris vendantur singulæ partes fundi, quām totus valeret, ob singularem cuiusque affectionem & propter particularis cuiusque partis circumstantias; quia facilior est emtor vineæ, salici, pineti, aut oliveti, aut horiti, quām totius fundi. Garf. d. 1. & cum pretia rerum secundum tempora maximè varient, tota die contingere videmus, ut domus multò viliùs vendantur, quām impensæ in eam in abstracto considerate factæ fuerunt. Cæterum in tanta interpretum dissonantia præstat arbitrio judicis, ac veræ ac naturali æquitatí multa tribuere, quām certi aliquid

aliquid statuere; præsertim cùm in emtore onerosi contractus haberi debeat ratio, quæ diversa videtur in vasallo, qui ex beneficio & gratia fundum possidens meliorat. *Rebell. de obl. iust. d. quest. 6. n. 8.* *Videatur interim Schrader. d. l. sed. 2. n. 93. & seqq. Me noch. recip. poss. remed. 15. n. 558. Harim. *Pisloris* l. 2. quest. 42. n. III. & seqq. Anton. *Niger*. d. §. 29. n. 49. qui variis distinctionibus omnem con trarietatem tolli posse putat.*

LIII. Voluptuarias quoque impensas, quæ speciem dyntaxat exornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridaria, aquæ salientes, picturæ &c. l. 79. de V. S. *Peregr. art. 50. n. 54.* emtor per exceptionem doli servat l. 39. §. 1. ff. de A. P. l. 9. de impens. in res dot. l. 10. §. 10. ff. mand. l. un. §. 5. vers. quod si volu ptuaria C. de rei uxor. act. ad hoc scilicet, ut vel venditor solvat tantum, quantum emtor rebus ablatis habiturus esset vel li centiam præbeat easdem tollere, quæ sine detimento ipsius rei afferri possunt l. 38. v. *constituimus ff. de R. V.* Quod si venditor pati nollet, hoc ipso declararet se eas habere pro impensis utilibus *Gadd. ad d. l. 79. de V. S. Petr. Gr. Tholosanus Molognat. Caro.* *Peregrinus Schrad. all. à Reinck. quest. 6. n. 442. Gars. cap. 1. n. 32. & seqq.* Quod si circa eas necessariæ impensæ factæ fuissent, eo cum necessariis jure continebuntur; Nam licet hæ impensæ necessariæ circa res voluptuarias factæ sint, quia tamen pro conservatione earum, quæ simul venditæ fuerunt, factæ sunt ut scilicet earum substantia salva maneat, & nisi factæ essent, illæ peritiae vel deteriores factæ fuissent, necessariæ censemuntur *all. à Reinck. n. 444. V. Niger. c. 8. §. 43. n. 7. & seqq.* Atque hæc de meliorationibus & expensis quatenus ab emtore nostro deducuntur dixisse sufficiat.

LIV. Jam ordinis ratio requirit, ut de forma quæ in probatione meliorationum consistit, pauca subnecamus. In qua i. notandum, quod eas allegans emtor, sive agendo, sive excipi endo, probare teneatur; quia illæ ut res facti non præsumuntur, arg. l. 4. C. de Edendo *Mafcard. de probat. vol. 2. concl. 1040. n. 4. Me noch. recip. poss. remed. 15. n. 567. Rosenthal. in synopsi feud. concl. 43. c. 10. n. 166. Schrad. in feud. 2. p. 9. pari. pr. sed. 2. n. 60. 2. Probatum rei antiquum, antequam melioramenta facta fuere, Se rafin decis. 652. n. 3. & decis. 898. n. 6. Rota divers. decis. 356. par. 2. n. 3.*

in recent. Peregrin. Conf. 3. lib. 3. n. 38. & seqq. Laudati ab Anton. Nigro cap. 8. pr. n. 5. quo in casu, quomodo articuli ad probandum concipientur V. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & V. n. 275. Gars. 6. 24. n. 2. Tusc. concl. 176. n. 3. & seqq. & concl. 183. n. 1. & seqq. 3. Easdem à se, vel ab eo, cui succedit esse factas probet necesse est, Schrad. d. l. verf. tertio hac conclusio, & tertium hafce meliorationes contemplatione emotoris fecisse Schrad. d. l. Anton. Nigr. all. tr. pr. C. 8. n. 23. & seqq. Rosenthal. d. l. n. 140. 4. Tales eas probet quales allegat, nempe utiles & necessarias. 1. III. ibi docere debet constare fidem omnibus qua ab eo gesta ff. de condit. & demonstrat. Mafard. d. c. 1040. n. 7. Menoch. recip. poss. rem. 15. d. l.

LV. Ac eas quidem 1. optimè probabit per codicem vel librum rationum, in quo rationes administrationis, accepti & expensi scriptæ sunt l. 1. §. officio 3. & §. 19. ff. de iurel. & rat. distribu. d. l. III. arg. l. 37. ff. de fiduciom. libert. l. 38 ff. pro sociol. 55. eod. l. 2. ff. de Negot. gest. l. 46. §. 4. ff. de procurat. Dd. in l. comperimus 4. C. de Navicul. l. sex prætoriano 3. C. de Execut. & exact. Gars. cap. 20. n. 22. Ut vel inde satis constet, libros antiquos, manu officialium publicorum scriptos, ex archivo depromptos, plenam fidem facere Ruland de Commissar. lib. 5. cap. 4. 5. 6. 10. 15. Besold. Thesaur. pract. verb. Archivo. Schrad. 1. conf. 5. n. 97. Klock. de contrib. c. 19. num. 49. Zaf. 2. conf. 96. n. 41. Berlich. p. 2. decif. 284. n. 1. 2. 4. II. 16. & seqq. De libris censualibus. *Zinsbücher/Rentbücher/Steuerbücher* idem tener Bald. in rubr. C. de fide instrument. n. 74. ibi quintum supplementum. Carol. Molineus Consul. Paris. §. 8 gl. 1. num. 21. & seqq. Craveita conf. 158. incip. vissi actis num. 5. ibi secundo probare Hartman Pistoria O. 159. n. 15. Johan. Köppen decif. 46. n. 16. Etiam si à nullo sint subscripti. Jacob Mandel Conf. 34. incip. quamvis erudite n. 12. quod imprimis verum, si sint antiqui. Carol. Molina n. 917. & n. 21. Daniel. Möller lib. 4. semest. cap. 37. n. 1. sub finem sunt quia v. antiqui Francise. Burfat. conf. 330. incip. ex meritis n. 101. ibi primo quia antiqui lib. 3. Wessenh. conf. 166. incip. in der Stadt. n. 47. v. praesertim. antiqui vel quando agitur de facto antiquo. Modestin. Pistoria vol. 2. conf. 8. incip. nach fleißiger n. 10. Hartman. Pistoria d. O. 259. n. 19. 20. & seqq. vel si sint uniformes & ordinatae serie conscripti. Möll. d. c. 27. n. 1. sub finem vers ordinatae serie Frid. Prückmann. conf. 29. incip. Viri Nobilissimi. n. 50. v. & uniformes vol. 1. Licer

DOR

non ab uno, sed multis in eodem officio surrogatis scripti,  
*Hartm. Pistoris d. O. num. 11. ibi quarto plurimum n. 12. & seqq. Francisc.*  
*Bursat. d. C. 330. num. 109. ibi 5. non unius tantum, modò sint bonæ*  
*famæ Pistoris d. l. n. 9. & in ejusmodi libris quædam contineantur,* de quorum fide manifestè appareat, *Molin. d. §. 8. gl. 1. num.*  
*29. Pistoris n. 29. Burs. n. 102. & seqq. Aym. Cravet. cons. 158. n. 6. ibi*  
*tertio probare & Cons. 272. incip. Q. in hac n. 8. & seqq. & in tract. de antiquit.*  
*tempor. part. I. §. quid in libro officialis n. 25. quod etiam obtinet,* siue probatio fiat contra subditos alicujus Civitatis, siue  
*contra tertium, quoniam in his, quæ fidem & probationem* horum librorum respiciunt, non inspiciuntur personæ contra  
*quas producuntur, sed locus in quo confecti sunt, item forma,* modus, dignitas & integritas eorum, qui eos confererunt  
*per l. si fundit 6. ff. de Evič. Molinanus in Consu. Paris. tit. I. §. 8. n. 23.*  
*& seqq. Schrad. cons. 5. n. 97. vol. 1. Klock. all. l. Nicol. Mylerus in tract.*  
*de princip. & statib. imp. c. 46. versu qui autem quæ omnia etiam se-*  
*quitur Borginus Cavalcanus decis. 27. p. 2. incip. Petr. Anton. num.*  
*84. ibi secus si esset liber & seq. lib. 2. ubi in terminis scribit.* Si liber est antiquus alicujus archivi, civitatis aut  
*Monasterij, aut Episcopatus, in quo varij & diversi admini-*  
*stratores, factores, & officiales bonæ vocis & famæ variis in*  
*temporibus scriperunt, & aliqui mortui fuissent, aut aliqua*  
*essent verificata in totum vel pro parte, tunc tali casu ejusmo-*  
*di liber facit magnam præsumptionem & transfert onus pro-*  
*bandi contrarium in adversarium, quia non est credendum tot*  
*& tales personas voluisse falsum scribere & in peccato mori.* Neque tamen prædicta omnia simul & coniunctim requirun-  
*tur, sed sufficit si pleraque concurrent *Hartm. Pistor. d. O. n. 23.*  
24. & seqq. Berlich. p. 2. decis. 283. per tot.*

LVI. Quod si ex ejusmodi libris de probatione consta-  
*re non possit, quia eritor omisit codicem expensarum, eo ca-*  
*su contra eundem jurabitur in item l. ult. C. de in item jurand.*  
*l. in actionibus 5. ff. eod. arg. l. si quando. 9. C. unde Vi. l. tutor qui re-*  
*pertorium. 7. pr. ff. de administr. tut. l. l. §. 3. de tutel. & rat. distract.*  
*Gars. cap. 20. num. 22. verf. Contra hunc qui non. Quod tamen non*  
*procedit, si meliorationes oculis objici possint, quamvis ex-*  
*pendens impensas in librum rationum forte per incuriam*

non contulerit; tunc enim præsumum dolum ocularis inspectio superveniens collit, per ea quæ notat Bart. ad l. I. iii. ff. de condit. & demonstrat. Neque enim rationes quæ fieri debent ad evitandas fraudes, ad defraudandos impendentes ansa esse deber. Probantur quoque impensæ per testes, Judicem, & Peritos & ista tria capita examinat M. card. de probat. concl. 1040. num. 12. & seqq. Tusc. concl. 183. n. 1. & seqq. Schrad. 2. p. 9. part. secunda. num. 60. Anton. Niger. l. 28. num. 10. & seqq. Marescot. resol. 14. num. 13. Cum earum probationes facile intercidere possint, testes desuper ad rei memoriam sunt examinandi, si metuendum testes, eo tempore quo actio aut jus competiturum est, non amplius futuros esse in rerum natura, sive difficiles compellatu Bart. in l. 40. num. 1. ff. ad L. Aquil. c. quoniam frequenter 5. ubi gl. ut lite non constet non proced. c. significavit 41. de test. Myns. O. 72. num. 4. cent. 4. Quod si neque per testes & instrumenta judici possit constare de quantitate meliorationum, solente accedere periti aestimatores; de quibus an juramentum praestent? Q. & negatur de illis, in quos partes tanquam arbitros consenserunt, cum partium consensus hic tollat omnem suspicionem; Affirmatur autem de illis, qui ab una vel altera parte eliguntur, & a judice invita altera parte confirmantur l. hac edictali 6. §. bis illud l. C. de secund. Nupt.. Subeunt enim vicem testium, quorum attestations sine juramento nullæ sunt c. tuis 39. X. de test. Gail. 1. O. 101. num. 1. Hinc ad minimum duo aestimatores esse debent, arg. texti in Nov. 7. de non alien. aut permitt. c. 3. §. 2. vers. quod autem l. jurisjurandi 9. in fin. C. de testib. de quorum peritia certò constat, dicit. vers. quod autem. Duo autem hi aestimatores communicato consilio aestimationem facient, quoniam alter ab altero in suam sententiam trahi potest, l. 17. ff. de arbitris. Postquam autem illi melioramenta aestimaverunt, judex sententiam proferre debet. l. 2. C. de jure fisci. Quod si nonnullis in locis jurati existerent aestimatores, quibus judex committeret aestimationem melioramentorum, propter electam fidem personæ & juramenti religionem, eis credendum est per tradita Gail. 1. O. 54. n. 4. Quod si expensæ sint modicæ, sufficit juramentum ejus qui expendit Gars. c. 20. n. 23.

n. 23. Neque tamen semper hæc probatio requirit authentica instrumenta , aut testes omni exceptione majores , sed & privata admittit syngrapha ; sufficiunt quoque nonnunquam conjecturæ , imprimis si res dubia est , tunc præsumuntur impensæ factæ ab eo , ad quem spectabat facere illas impensas . arg. l. 104. ff. de V. O. l. fin. C. de alim. pap. praef. add. Dd. in l. III. ff. de condit. & demonstrat. imò fides & integritas qualitasque impen- dentis admittitur à judice , cuius arbitrio in hoc plurimum est commissum . Car. Molinaeus supra all.

L VII. De probatione autem in hac materia quidam notant , eam debere fieri in continenti . Menoch. recip. pos. re- med. 15. n. 572. quando autem facta dicatur in continenti non converniunt Dd. teste Schradero de feud. 2. p. 9. par. seq. 2. num. 127. ubi refert tres opiniones . Conf. Coler. de proces. execut. p. 4. cap. 2. n. 2. A. Niger. §. 46. n. 6. cap. 8. Joseph. de Siccis decis. Regni Arragon. 16. Alii tamen generalius id efferen , cùm dicunt , probationes de- bère offerri in promptu & probationes paratas dixit Menoch. 1. re- med. recip. pos. n. 206. & probationes quæ de facili possint expe- diri Rosenth. synops. feud. c. 10. concl. 43. n. 128. Petra de fideicom. qu. 15. n. 31. promptas probationes offerre dicit Lancellottus in l. I. can. in tit. de Divortiis §. Ergo nisi legitima . Et licet terminus iste in continenti in materia liquidationis in jure nullam certam habeat definitio- nem , sed breve aliquod spatium , quod à judice pro rei condi- tione , qualitate & circumstantiis præfinendum , contineat , non tamen excludit causæ cognitionem & processum brevem & summarium secundum naturam subiecta materiæ definien- dum per l. 3. §. 1. insine ff. ut in pos. legat. l. 15. §. 4. ff. de re jud. Phi- lippi in usu pract. Instit. lib. 3. t. 16. §. 2. Ecl. 46. & lib. 4. t. 6. §. 32. Ecl. 56. n. II. Mynsing. cent. 6. obs. 4. num. 5. arg. l. 1. ff. de jure delib. Schryvaneman. lib. 1. proces. Camer. O. 159. n. 22. Zang. de Except. p. 3. cap. 23. num. 38. Menoch. dearbitr. jud. lib. 2. cent. 1. cas. 14. 17. 18. & recip. pos. rem. 1. pos. num. 252. vers. dubitare tamen . & seqq. imprimis num. 259. 260. Mascard. de probat. concl. 687. num. 22. ubi cum al- legatis eam sententiam in usu fori magis communem do- cet. Facult. Jurid. Ingolst. ap. Cothman. §. conf. 6. qui l. n. 3. ibid. cit. De quo tamen termino ad probandum incontinenti genera- liter notandum. i. tametsi sit peremptorius , quod non currat antequam

antequam ab altera parte plenè impletum: ubi enim secundum naturam contractus vel per sententiam utriusque partium quid mandatur, actoris est, parendo præcedere, & ubi ex emto cum pacto de retrovendendo agitur ad rem restitutendam, venditori semper obstat exceptio melioramentorum ac tamdiu in mora censetur, donec ea integrè oblata Coler. all. l. num. 3. Neque 2. terminus & commissio ad probationem & liquidationem melioramentorum, licet in continentia facienda, ad terminum partitionis & executionis restringendus; Licet enim in aliquibus pro ratione subjectæ materiae terminus in continentia, de termino partitionis & executionis intelligendus, ut in prædone, rem ob melioramenta retinente, obtinet, ut præscise teneatur intra terminum executionis liquidare melioramenta, nec ulterius rem ex spolio restitutendam retinere possit per tradita Mafcardi, vel ubi non plena probatio requiritur, sed quæ summarie & apparenter saltem probet & præambula sit plenioris probationis; ut si post sententiam quis interveniat pro suo interesse, debeat incontinenti, summarie & apparenter de suo interesse docere, quod intelligitur intra terminum executionis. *Mafcard. de probat. concl.* 929. num. 8. 9. 10. 11. 12. Tamen longè diversa causa est prædonis & veri justique domini quoad probationes in continentia faciendas. Imò voces, *in continentia*, in hac materia & casu ita intelligendæ, uti judex emtori, promptas probationes offerenti, præfigat suo arbitrio terminum, eumque semel atque iterum prorogare debeat. *post Bald. cons. 309. in fine. Cas. Contard. ad l. un. C. si de moment. pos. quest. 24. num. 20. 28. Rosenth. d. l. Consuet. Aurelian. tit. 17. cap. 14. 15.* *Ibid. pyrrho in terminis liquidationis melioramentorum rei retrovendenda imprimis vero Anton. de Amat. part. I. resol. 14. num. 43. Circa fin. & n. 45. & seqq.* ubi vel unum terminum pro magnitudine cause & loci distantia sufficien-tem, vel plures præfigendos esse ad liquidationem melioramentorum post sententiam licet petitorum, autoritatibus & Rotæ Rom. aliorumq; judiciorum sententiis probat; Et terminos executivos eorumque prorogationes in judicis arbitrio residere pro conditione & circumstantiis rerum judicatarum appetit *ex l. 31. ff. de re judic.* Cœterum de modo probandi in termi-

termino isto executivo pluribus agit Bart. in l. 104. num. 4. de V. O. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 283. & n. 306. Mascard. de prob. concl. 1040. num. 17. Schrad. ap. Kirchoff. 5. cons. 23. n. 39. Rosenth. synops. feud. cap. 10. n. 132. concl. 43.

LVIII. Progredimur ad effectus juris nostri, quibus scil. remedii emtori meliorationes suas consequatur; inter quæ ipsi 1. tribuimus actionem ex vendito ad eas consequendas, per l. 13. §. 22. l. 38. §. 1. de actionibus emt. Quamvis enim textus sint expressi, qui actionem ad impensas consequendas dene-gant l. 33. de condic. indeb. l. 14. de except. dol. mal. l. 14. §. 1. commu-ni. divid. illi tamen eos impendentes non concernunt, qui rem quam aliquando restituendam neverunt, meliorarunt, quam distinctionem suppeditat l. 6. §. 3. ff. de negot. gestis. l. 14. §. 1. vers. diversum ff. com. div. qui cum negotium gestisse videantur contemplatione alterius, quem impensas faciendo reddide-re obligatum, utique non solum actionem, sed & retentio-nem, exceptionem dolii, conditionem, compensationem ali-amque actionem ex natura suorum negotiorum & contra-ctuum habebunt l. 40. ff. de cond. indeb. faciunt præter l. all. l. 39. in pr. ff. fam. herc. l. 50. §. 1. de Petit bared. l. 55. §. 1. l. 61. ff. locati l. 38. §. 1. ff. pro socio l. 18. §. 4. in fin. ff. commod. &c. Garf. cap. 7. n. 5. Ma-recot. resol. 113. Mangil. de Evid. quæst. 154. n. 19. & seqq. Ex scien-tia enim ejus, qui probabiliter scire potuit rem esse restituendam & ex eo quod melioravit rem, colligunt Dd. in l. 5. §. 1. de negot. gest. animum obligandi ejus qui melioravit. Et hæc quidem actio competet emtori in casu, quo non servatis im-pensis res meliorata imprudenter vendori restituta. Quod si rem vel fundum adhuc possideat, pro conservatione melio-rationum imprimis ipsi competit retentio rei per exceptio-nem dolimi. §. ex diverso 31. vers. certe l. de R. D. l. 7. §. 2. diverso 12. v. certè ff. de A. R. D. l. 27. §. in rem 5. l. 48. ff. de R. V. l. II. l. 16. C. de R. V. l. 4. §. 32. l. 14. ff. de dol. mal. exc. l. un. C. ob Chirogr. l. si necessar. ff. de pign. att. ita ut non immergit hic locum habeat re-gula, quod cui actio detur, eidem etiam retentio deneganda non sit l. 1. §. 4. in fine ff. de superfic. arg. l. 156. §. cui damus l. ff. de R. l. Cum enim plus cautionis sit in re l. 66. §. 1. ff. ad SCT. Trebell. quam in persona, ac satius sit eidem incumbere, quam actioni-

bus experiri l. 25. ff. de R. l. Bart. in l. 1. n. 2. ff. qui satudat. cog. experietur emtori per retentionem factas impensas servare, quam nova actione post rem dimissam petere, l. 59. ff. defurtu. & saluberrimum remedium esse retentionem concludit Rosenth. in synop. feud. vol. 2. c. 10. n. 116. conc. 43. cum facilius de jure detur retentionio quam petitio l. 4. C. de iur. l. 1. pr. ff. de pignor. Cujac. 8. Observ. 2. Wissenb. ad l. 79. ff. de V. 3. n. 9. ac multis in easibus quis possit retinere, quod si non possideret, agendo consequi non posset. all. à Reimk. quæst. 6. n. 456. Rebell. de obl. just. lib. 7. quæst. 7. n. 2. Marefoi resol. 112. n. 1. ac licet alias rem unam pro alia praetextu debiti retinere jura non permittant, l. 5. C. in quibus causis pign. tac. contr. l. 41. C. commodati, haec tamen prohibitio non obligat eum, qui in re aliena necessarias ac utiles impensas fecit, huic enim retentionis jus permittitur. l. 8. ff. de pign. act. l. 50. ff. de H. P. l. 15. §. fin. ff. defurtu præterea ex l. un. C. ob Chirogr. deb. pign. patet, quod res restituenda ex una causa possit retinendi ob nudum debitum chirographarium ex alia causa, donec & illud solutum. Quam ad eum quoque omnino pertinere, quam rem ex pacto de retrovendendo restituere debet, eleganter docet Anton. Fab. lib. 8. C. tit. 16. def. 4. Et regulariter jura concedunt rei retentionem tamdiu, donec solvantur melioramenta in eam facta, præter text. supra all. l. quod dicitur 5. de impens. in res dot. l. solonus 12. juncta gl. versu propter ff. de vi & vi armata Garf. cap. 1. n. 15. Anton. Capit. decis. 17. n. 7. Caroc. de locat. & conduct. p. 3. rub. de expensis n. 1. & seqq. Molignat de rent. quæst. 122. Cravetta cons. 928. n. 1. & 939. n. 2. Matth. Colerus de processi. Execut. p. 1. c. 2. n. 220. Peregrinus de fideicom. art. 50. n. 55. & all. à Reimk. quæst. 6. n. 457. interest enim nostra, impensas potius servare, quam ultrò agere l. 17. in fin. ff. commod. l. 20. in fine ff. de H. P. non solvere, quam solutum repeteret l. 3. ff. de compensat. intacta jura servare, quam post cautam vulneratam remedium querere l. fin. C. in quibus caus. refl. in integr. non est necesse. Si bique in tempore prospicere, ut non suspenfa sit causa, quam ut post tempus longum revertatur rursus exactio, ut dicit Nov. 22. cap. 44. Dan. Moll. 1. Semestri. 30. Accedit quod exceptio retentionis sit species quædam defensionis, quam intendimus defendere rem, quam tenemus, usque dum nobis de impenas satisfiat. Dd. in l. 5. & l. u. C. in

C. in quibus reb. pign. vel hypoth. tac. contr. Coler. d. l. num. 214. & seqq.  
 Quæ quidem assertio cùm extendatur, ut etiam spoliator non  
 teneatur rem spoliatam restituere, nisi solutis priùs meliorati-  
 onibus. Gail. 2. O. 75. n. 5. & O. 12. n. 6. all. à Reink. d. l. eò magis  
 procedet in eintore, qui tamdiu exceptionem hanc opponere  
 potest, usque dum illi plenè satisfactum. Sortitur autem hæc  
 exceptio opposita effectum suum arbitrio judicis. l. 38. vers. id  
 ipsum ff. de H. P. l. II. in fin. ff. de Nox. act. l. 48. ff. de R. V. qui ali-  
 quando vel restitutionem, vel deductionem, vel aestimatio-  
 nem, aliquando operis facti abrasionem & separationem con-  
 cedit l. 37. ff. de R. V. l. 5. C. codem. Rosenthal. c. 10. concl. 43. n. 152.  
 Molin. gl. 1. §. 1. num. 80. Quid si judex eam admittere recusat,  
 non solum appellari, sed & de spolio agi posse tradit. Pacif. de  
 Salviano interdicto decis. 74. n. 6. 8. & seqq. hanc addens rationem:  
 quia, quotiescumque non procedit iuris servato ordiné, di-  
 citur cum illo agi de facto & spoliari cap. conquerente de restitu-  
 spoliat. Ruin. conf. 102. lib. 5. num. 11. Contard. de moment. poss. quest.  
 24. n. 32. all. ab Anton. Niger. §. 31. n. 20. & seqq. An vero hac exceptio  
 in generali renunciatione, qua quia omnibus exceptionibus & beneficiis juris  
 renunciavit, veniat & comprehendatur? variant Dd. Pro negativa  
 autem facit quid retentio propriè non sit exceptio, quia actio-  
 nem non elidit, earnque opponens non excipit, sed pignori in-  
 cumbit & differt saltem terminum restitutionis. Bald. in l. fi.  
 traditio 4. n. 6. C. de A. E. & in l. peremtorias 2. n. 12. Cod. sent. resind  
 non posse. Gratian. discept. for. tom. 2. c. 356. n. 30.

LIX. Quando autem huic exceptio locus sūt? non immeritò Q.  
 Nam cùm omnis exceptio sit vel dilatoria, perétoria vel mix-  
 ta; hæc autem inter dilatorias referatur, quia differt & remo-  
 ratur tantum exitum actionis intentaræ, nec merita causæ  
 contingit. Asinus in praxi. §. 13. c. 1. num. II. Schrad. de feud. 2. p. 9. p.  
 fett. 2. n. III. Anton. Niger. §. 39. videtur dicendum, illam, nisi  
 ante item contestatam opponatur, deinde nullatenus obici  
 posse. l. 19. C. de probat. l. ult. & pen. C. de except. attamen quia  
 hæc exceptio est species defensionis à lege introducta, quæ ne-  
 mini, quantumvis contumaci & negligenti, deneganda. l. 7. C.  
 de jure fisci. ac per eam manus judicis ligentur, ne ad ulteriora  
 procedere possit, non tantum ab initio litis, sed in quacunque  
 1. 2. judicij

judicij parte eam opponi posse docent l. hujusmodi 84. §. 5. de legat.  
 1. l. 7. §. 6. de pact. l. 3. de rescind. vend. Idq; tam in rei vindicatione  
 quam hereditatis petitione, cum b. f. judiciis ea exceptio ipso  
 jure insit, in arbitrariis verò officio judicis suppleatur l. 3. §. ult.  
 ff. nau. caup. slab. l. 38. de H. P. l. 48. de R. V. l. 11. de nox act. Ti-  
 raqu. de Retr. conv. §. 7. gl. l. n. 14. laudatiq; à Nigr. d. l. Sed quid si  
 emtor in ipso judicio seu causa principali hanc exceptionem non deduxerit, ad  
 rei autem restitutionem per sententiam condemnatus fuerit, poterit ne post  
 sententiam adhuc, ad impediendam executionem eam apponere? Et cum  
 indubio pro validitate & justitia sententiæ presumarur, l. 2.  
 §. 7. ff. de hæred. vel. act. vend. & res judicata pro veritate habeat-  
 tur l. 25. ff. de stat. hom. l. 207. & ibi Wiffenb. ff. de R. I. faciat de in-  
 debito debitum l. 36. ff. sam. herc. Cyn. in l. 1. C. de condit. indeb. in  
 pr. eam afferens rationem quod sententia inducat obligatio-  
 nem & sit contractus vel quasi, nec detur repetitio ejus, quod  
 fuit solutum vi sententiæ, tanteque sit efficaciam, ut naturalia  
 sanguinis vincula mutet, falsum reddat verum quoad esse  
 etum, & tanquam altera natura faciat de albo nigrum, & eum  
 esse patrem vel filium, qui non est pater vel filius ut ex Bart. Curt.  
 jun. cons. 23. in fin. & cons. 177. n. 13. Cravett. cons. 79. n. 1. & ibi all. Indubi-  
 tatum videri posset exceptione aliqua retardari sententiæ exe-  
 cutionem non posse, & labore fore supervacaneum, inquirere,  
 an emtor condemnatus casu aliquo exitum sententiæ in se  
 prolatæ evitare possit. Nepos de monte Alban. in prefat. tr. de Ex-  
 cept. Attamen cum haec exceptio semper intelligatur opposita,  
 etiam si de ea nihil dictum sit in specie Carolus de Graffus de ex-  
 cept. ad statut. Exc. 10. n. 4. Innocent. in cap. pastoralis de Except. & ju-  
 dex eam semper ex officio debeat supplere, etiam si à parte non  
 opponatur Graff. Except. 13. n. 4. Jason. cons. 9. n. 13. vol. 1. Cravetta  
 cons. 151. n. 10. Mäscard. concl. 1387. n. 2. cum all. eam post sententi-  
 am in executione opponi posse pro regula tradit. Bart. in l. 1. C.  
 de jur. & fact. ignor. l. 41. §. ult. de re jud. l. 7. ff. de confess. l. 41. §. 1. de  
 fideiuss. Gilken. in tract. de imperf. part. 5. c. 2. n. 9. Bart. in l. 17. §. 2. ff.  
 solut. matrim. n. 8. l. 33. de donat. Tiraqu. de Retr. Conv. §. 7. gl. l. n. 14.  
 circa med. Menoch. recip. poss. remed. 11. n. 10. & seqq. Boer. decis. 43.  
 n. 9. & 15. Decian. cons. 29. lib. 2. n. 18. Johan. Anton. Mangil. de Evict.  
 quest. 154. n. 12. Rebell. de obl. just. lib. 7. quest. 7. n. 11. Marecot. d. re-  
 sol. 112.

fol. 112, n. 18. eam afferentes rationem; quia ista exceptione non impugnatur sententia, sed tantum illius executio retardatur, & excipiens dicitur pignori potius incumbere quam judicata infringere. Quod autem omnis exceptio, quam non redargitur sententia de injustitia, nec per quam impugnatur in meritis, ad impediendam executionem opponi possit, docet porrò l. 7. ff. ad Sct. Macedon l. 4. de compens. l. 2. l. 5. C. eodem. Bald. in l. peremotorias 2. C. sent. ref. non posse & ita in hac materia concludunt Sichard. inl. 4. 5. C. de H. P. Rosenth. t. 10. conc. 43. n. 129. Gail. 2. O. 17. n. 10. Garf. 6. n. 16. Schrad. 2. p. 9. fct. 2. n. 33. Klocke 3. conf. 155. n. 273. Joseph. de Sesse in Tract. de Inhibit. anaceph. n. 16. & seqq. Peregrin. art. 50. n. 55. Contard. quest. 24. num. 16. Menoch. conf. 454. & si docte n. 3. all. à Negro l. 39. Anton. Hering. in tr. de fideiinffor. c. 5. n. 372. ubi refert præjudicium Cameræ Imperialis latum in causa Bülowen contra Bülowen. Aliud dicendum, si ista exceptio fuisset opposita ante sententiam & simul probata, & per judicem reprobata, nam tunc diceretur opponi contra sententiam gl. in l. Nescennius 4. de Re Jud. Jason. adl. 1. n. 19. C. de I. & F. ign. Boer. decif. 43. n. 2.

LX. An autem eo in casu, ubi de meliorationibus in judicio actum, & autem in sententia à judge omisso ac simpliciter executio injuncta, judicis tantum fuerit omissione, an ejusdem inde colligatur absolutio? Q. Quod aff. videtur per l. 3. C. de fructib. & litium expensis & per l. 14. §. l. l. 7. pr. ff. de except. rei jud. arg. l. un. C. de annal. Exc. ubi Dd tradunt, quod is qui propter impensas vel meliorationes semel contra dominum vel vasallum egerit & succubuerit, ulterius non admittatur Schrad. d. l. n. 107. In qua tamen questione advertendum esse dicit Garf. cap. 6. n. 17. quod meliorationes aut exigantur actione, per supra dicta, & si judex tum non expresse de illis pronunciaverit omissionem illam inducere absolutionem, Corarvicias pr. quest. 6. 25. n. 6. aut opponantur per viam exceptionis, & tum adhuc in executione eam posse deduci, maxime quando super illa exceptione non fuit judicatum, & quæ cum actione non est contraria. Possunt quippe simul subsistere condemnatio ad restitutionem rei, neque ideo sequitur absolutio à meliorationibus, nisi id expresse pronunciatur Garf. d. l. Boer. decif. 44. num. 5. arg. l. 8. §. fin. ff. de N. G. Schrad. d. l. Competunt enim tales meliorationes etiam jure actionis, at

quæ sic debentur, etiam principaliter per se peti possunt, ita ut post latam sententiam super re principalis non sit extinctum jus petendi fructus &c impensas. Schneidervin. ad §. 28. n. 41. l. de act. imprimis si de exceptione melioram entorum saltem summa-riæ cognitum, namque tunc sententia non nocebit expenden-ti. II. §. 2. l. 14. §. 2. ff. de Exc. rei. jud. Schrad. d.l.

LXI. Quid si, ubi melioramentorum nulla mentio in sententia facta est, retardetur ejusdem executio, si excipiatur de melioramentis factis in re dimittenda, multo magis com-petit excipienti retentio, si in ea continetur modus, conditio vel clausula de refectione melioramentorum. I. 213. cedere diem ff. de V. S. Alex. cons. 119. vol. 1. quia sententia conditionalis condi-tione non impleta non habetur pro lata l. pecuniam quam 36. ff. si certum petatur l. necessario 8. pr. vers. si pendente ff. de peria. & com. rei. rend. Graffia Exc. 33. n. 4. & seqq. & implenda est in forma specifi-ca, antequam executioni mandetur. Anton. Niger d. tr. cap. 8. pr. n. 21. & ab eo allegat. quamplurimi. quia deficiente ipsa quoque de-sicit dispositio Cravetta cons. 120. n. 8. Roland. à Valle cons. 58. n. 15. vol. 3. Surd. cons. 157. n. 8. & 403. n. 46. & qui non facit quod de-bet, non recipit quod oportet; gl. in l. si non fuerit 37. ff. de jureju-rando, in executione enim sententiæ verba ejus attendenda sunt, ita, ut si in ea de meliorationibus prius solvendis mentio fiat, prius solvantur juxta sententiæ ordinem Garf. c. 6. num. 18. arg. text. in l. 5. statu liber rationem §. fin. ff. de statu lib. l. promissor 21. §. 2. constituto ff. de const. pec. l. quotes 34. ff. de usufr. l. si alijs fundum 19. ff. de usufr. legat. ordo enim literæ servandus est; & à forma sententiæ non est recedendum l. cum sententiam 6. l. ex stipulatione 7. C. de sentent. & interlocut. omn. jud. Executionem itaque non meretur sententia nisi conditione prius impleta. Caroc. de reme-diis suspensivis contra sententiæ prajudiciales. Exc. 150. & ex defectu conditionis non impletæ arguitur dolus ejus, qui implere te-nebatur l. dolus. 44. cum gl. fin. & l. Si Procuratorem 8. §. dol. 9. ff. mandati & qui petit aliquid ex sententia, debet probare, se ex parte sua implevisse conditionem sententiæ insertam l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. emt. l. filia licet 12. C. de collat. Bart. cons. 39. n. 35. cons. 47. n. 6. & 7. & allegati à Reinck. quæst. 6. n. 4. Et li-set communiter receptum, neganti incumbere probationem,

si in hanc sententia latentes intentiones existant, tales agiōtū.

sup

Si in illa fundamentum positum sit negantis l. optimam 14. C. de  
Cont. & com. sfp. l. i. C. de repud. vel abſt. hered. Si quis tamen adver-  
ſus auctorem agentem ex contractu vel sententia de non adim-  
plemento excipiat, non ipſe excipiens, ſed auctor docere debet,  
fuſſe adimpletum Anton. Niger. d. tr. c. 9. §. 14. cum alleg. Decian.  
conf. 60. lib. 2. n. 45. Carol. de Graſis Exc. 13. n. 51. Zohrias de obligat.  
Cameral. queſt. 17. n. 49. addendo excipientem non gravari ge-  
nere aliquo probationis, etiamſi affuerit onus proban-  
di, non fuſſe impletum, &c in probatione ſuccubuerit Carol. de  
locat. part. 4. num. 67. laudatus ab Anton. Niger. all. §. 14. num. 9.  
Probatio autem quæ hic requiritur non ſufficit, ſi ſit præsum-  
tiva, ſed requiritur legitima Carol. cum allegat. d. Exc. 150.  
addeo ut non ſit locus juramento ſuppletorio. Borguin. Caval-  
can. decif. 43. par. 1. num. 40. Add. Carol. Exc. 158. Anton. Niger. §.  
1. n. 12. ubi in terminis paeti de retrovendendo agit, arg. l. 61. ff.  
locat. concludens. §. 31. n. 24. Retardari executionem ubi ſenten-  
tia prolata eſt refectis melioramentis vel alia æquipollens,  
quæ oritur ex ventre ſententiae. Schrad. p. 2. p. 9. part. ſect. 2. num.  
32. v. caterum n. 16. 22. Tifſe. concl. 182. n. 31. usq; ad 46. Amat. refol.  
14. n. 43. ubi refert ita judicatum Reſembal. cap. 10. concl. 43. n.  
125. Gozadin. conf. 500. n. 22. circa med. & 23. 25. Et A. Niger. cap. 9.  
pr. n. 13. & cap. 16. n. 34. Mareſcot. lib. 2. refol. 121. n. 36.

LXII. Cum itaque ex præmissis pateat ſententiam non  
priùs executioni eſſe mandandam, quām conditio de ſolu-  
tis meliorationibus fuerit impleta, incidit porro alte-  
ra quæſtio? An emitor ad reſtitutionem fundi condemnatus, &  
& contra ſententia executionem beneficium retentionis ex non im-  
pleta conditione eidem inſeria opponens ſatisfactionem fideiuiſſori-  
am vel aliam cautionem admittere teneatur? In qua quidem  
quæſtione licet diſſentiant inter ſe Dd. ſententiam tamen eo-  
rum ſequi lubet, qui huic beneficio de jure concesso ſimpliciter  
inhabitendum arg. l. 15. §. fin. l. 59. ff. de furi. l. 33. ff. de cond. indeb.  
neque ſatisfactionem a venditore accipiendoam eſſe ſtaruant.  
l. 6. §. 1. 2. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolviur Mareſcot. lib. 2. re-  
fol. 112. n. 20. Rebell. lib. 7. queſt. 7. n. 2. Quod quidem evidentem  
habet rationem, attempo, quod invito creditorii alia ſatisfactione  
non poſſe obtiudi, tanto minus cautione, quanta qualisve illa  
ſit.

sit, cùm & particularem solutionem non teneatur admittere. *Manut. de tac. & ambig. convent. lib. 12. t. 31.* Adde, quòd contrarum judicatam cautio sit nullius effectus, sed facto & solutione opus sit, & qui solvere tenerur, debeat id ipsum realiter præstare, nec sufficiat fidejussorem dare *l. 4. §. 3. ff. de rejud. l. 5. ff. de statu liberis Hering. de fidejuss. t. 5. n. 371.* cùm plus cautionis in re sit, quàm in persona, per supr. all. add. *l. 21. §. 2. ff. de consil. pet. l. 10. ff. de pignor. act. l. 82. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. 66. §. 2. ad SCT. Trebell. Schrad. 2. p. 9. part. pt. scđt. 2. n. 30. & 120.* nec quisquam possessionis commode privari debeat, antequàm causà plenè discussâ injustè eum possidere constet *l. 1. uti possidetis.* Et quidem haec assertio non juris civilis tantum sed & naturæ & gentium suffulta est rationibus, teste *Grotio de I. B. & P. lib. 2. c. 23. num. II.* cum in pari causa melior conditio sit possidentis, ne dicam in impari, ubi possessor habet pro se documenta omnivitio carentia. Quod quidem dubio omni caret, si causa impensarum manifesta est & liquida *l. 4. 5. l. ultima verbo liquida & non multis ambagibus innodata C. de compensat. l. 5. ff. de statu lib.* vel quando melioramenta in continentia vel de facili liquidari possunt, vel quando de iis quidem constat, de quanto autem nondum appetat. *Klock. 3. Conf. 155. n. 237.* ubi plures allegavit.

LXIII. De meliorationibus & impensis illiquidis seu dubiis major solet esset dubitandi ratio, *an detur retentio usq; dum fuerint liquidata vel probata?* Nihilominus affirmativam tueor, scilicet emtorem non teneri rem restituere licet ipsi cautio offeratur de impensis refundendis, cùm fuerint demonstratae: sed tum demum cùm haec soluta fuerint post earum liquidationem, etiam si emtor in processu nihil dixerit de impensis, nec in re judicata quicquam de eis contineatur. Iisdem haec ferè verbis *Tiraqu. de R. C. gl. I. §. 7. n. 4. 13. 14. per l. 82. de condit. & demonstrat. l. 34. §. 1. D. de stat. liberis. verb. minus computare. Marescot. d. resol. n. 20. Rebell. lib. 7. quest. 7. n. 4. Anton. Nigr. 6. 8. §. 31. n. 13. & plures ab eo relati.* Est enim juris regula, quòd possidens, qui fecit meliorationes, habeat retentionem rei, in quā impendit, donec meliorationes ex solvantur, & jura consideraverunt, quòd meliorationes erant incertæ & non liquidæ, & nihilominus ita sanxerunt; sunt verba *Capicij decis. 17. ubi plures juris tex-*

ius afferit, in quibus se fundat & citat Paul. de Cafr. conf. 326. vol. 2.  
 ubi dicit: faciendam esse liquidationem meliorationum ante  
 executionem, quando non est periculum in differenda execu-  
 tione, puta prolixioris tractus cognitionis, aut rei interituræ,  
 ut in casu l. 13. §. 3. ff. ad SGT. Trebell. sicut decretum in consisto-  
 rio Regio Neapolitanico affirmat Capic. d. l. quod vadat com-  
 missarius, qui liquideret summarie de plano & extrajudicia-  
 liter, & sic prius liquidatum fuisse. Et quod etiam in illiquidis  
 impensis & meliorationibus possessor retentionis jure, non  
 obstante cautionis oblatione, uti possit, nonnullos magnæ  
 autoritatis interpretes scribere testatur Cothman. 5. respns. 30.  
 num. 34. quam etiam sententiam probare videtur Anton. Faber  
 in C. rerum in Sabaudia judicatarum lib. 3. tit. 22. def. 15. num. 3. Gars.  
 cap. 6. num. 19. Decian. vol. 2. Rep. 29. à n. 1. usq; ad 20. ubi hanc  
 sententiam ex juris Divini, Naturalis & Civilis præceptis  
 graviter propugnat num. 18. & vol. 7. conf. 58. in fine. Et latius  
 deducit ac firmat egregiè in terminis revenditionis Schrad. in-  
 ter conf. Kirchoff. conf. 23. per integras aliquor columnas, imprimis 23.  
 usq; ad 29. ubi per rationes, leges & autoritates concludit;  
 Quod emtor non teneatur revendere rem, antequam una  
 cum pretio melioramenta quoque simul sint ei oblata & per-  
 soluta, non obstante, quod melioramenta nec in contra-  
 dictu, nec in processu, nec in sententia reservata, sed in ipsa  
 demum executione nominata & petita sint; nec obstante,  
 quod non sint liquidata, & vendor reemturus obtulerit,  
 obsignaverit, deposuerit integrum premium & præterea ra-  
 tione illiquidorum melioramentorum idoneam obtulerit  
 cautionem. Pariter hæc sententia defenditur à Rosenthal. synops.  
 feud. c. 10. concl. 43. num. 134. 138. 139. ubi addit; difficile certe  
 non fore Dominis potentibus, præsertim hoc tempore, pos-  
 sessores sæpè sub tali cautionis specie & metu diuturnæ litis  
 à jure suo meliorationum rejicere, & litis immortalitate  
 post rem restitutam à singulari processu pro consequendis  
 melioramentis absterre, ac proinde tutius esse, rei incum-  
 bere, quam fidejussorem habere, citatis Bart. & Cagnol. Ja-  
 son. Et amplectuntur eandem sententiam Bald. I. conf. 309.

K

Menoch.

*Menoch. recip. poss. remed. 15. num. 570. Gail. 2. O. 12. num. 6. per  
text. all. qui non distinguunt. Anton. de amat. part. i. resol. 14. n. 41.  
45. & seqq. ubi 100. Dd. autoritates adducit. Et quamvis aliis  
durum hoc videatur, actori ob impensas illiquidas rem suam  
denegare, etiam si fidejussionibus vel pignoribus pro impensis  
solvendis cavere paratus; quippe cum in obscuris seu illiqui-  
dis cautio loco solutionis habeatur. l. 34. in fin. l. 21. ff. de R. C.  
& l. statu liber. 5. ff. de statu lib. arg. l. ult. C. de compensac. nec fas sit rei  
liquidæ restitutionem impediri ob sumptus non liquidos l. 1.  
§. II. in fine ff. de collat. l. 1. C. de procurat. Menoch. recip. poss. rem. 15.  
num. 568. & rem. II. num. 17. Hartm. Pistoris lib. 2. quæst. 42. num. 32.  
Caro. de locat. cond. p. 3. rubr. de expens. num. 14. Quibus jung. all. à  
Nigro §. 31. num. 1. usq. ad 12.*

**LXIV.** Cumque primarium hujus asserti fundamentum  
ponant in l. 5. ff. de Statu liberis videbimus paucis, quid adver-  
sus id reponi possit, ubi t. arbitramur in genere responderi  
posse, cautionem hanc ibi admitti ob favorem libertatis quam  
rationem & ipsa lex suppeditat, & urgetur explicatius in §. fin.  
l. de Donat. ubi dicitur favore libertatis antiquos legislatores  
multa contra communes regulas construisse. 2. Responde-  
mus d. l. q. exl. 6. §. 7. l. 34. §. 1. ff. eodem & l. 82. ff. de condit. &  
de monistrat. esse accipiendam ac restrainingdam ad terminos habi-  
les, nempe ex quibus appetat, quod servus, cui sub ea condi-  
tiones libertas data est, si rationes reddat, vel si reliqua infre-  
rat ac solvat, non statim oblata cautione ex dominio alterius  
libertati si restituendus, sed prius ipsa volumina ratio-  
num tradenda, eaque prius per vestiganda, dispungenda at-  
que excutienda d. l. 6. §. fin. & hæredi, a quo ad liberta-  
tem aspirat statu liber, spatiuum concedendum, quo accipiat  
rationes & reliqua computatae possit, & si existimet rationes  
non recte redditæ, nec reliqua convenienter illata, ad judi-  
cic, qui de libertate cognoscat, cognitionem rem deferre, is-  
que iudex, an recte rationes redditæ ac reliquorum ea quanti-  
tas, quæ ex fide veri refundi à statu libero debet, oblata  
sit, pronunciare possit d. l. 34. atque ut oblatas rationes lege-  
re primum, deinceps computare & explorare possit computa-  
tiones.

tiones, an recte factæ sive non, examinare & desuper exciperre ; prout verba sunt d. l. 82. in qua lege se fundat imprimis Tiraquell. l. all. qua cum etiam concordant l. 32. l. 50. l. iii. & 112. S. fin. ff. de condit. & demonstr. in quibus posterioribus specialius explicatur, quinam actus ad examen reddendarum rationum requirantur, antequam statu liber restituendus, sicuti etiam in d. l. 5. de stat. liber. id saltem cautioni relinquitur , quod computatis & exploratis rationibus obscurius est, quodq; incertam causam & genus negotii incertum continet, h.e. quod rationibus legitimè & convenienter examinatis & subductis, perspectis instrumentis & cautionibus, quibus veritas & justitia eorum astruenda , plane illiquidum , confusum & proorsus incertum supereft ; que cuncta confirmantur ex l. 58. & 61. ff. de legati. I. Ubi ex causa fideicomissi domus hæreditariæ exusta & hæredis nummis extructæ , deducit boni viri arbitratu sumtuum rationibus & ædificiorum ætatibus examinatis, restituendæ juxta regulam , quod lex una intelligenda cum temperamento alterius. Mamic. de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 33. num. II. Maxius ad l. Liber. quæst. prælimin. 10. n. 26. & que in uno loco brevius allegantur secundum juris normam explicanda Finkeli obs. 89. n. 33. Hering. sup. all. loco. Peregr. de fideicom. art. 50. n. 82. qui eo in casu cautionem admittendam dicit: si meliorationes altiorem indaginem requirant, vel ubi penitus illiquidæ vel ubi excipienti præfixus fuit terminus ad illas liquidandas & in termino dato non est facta liquidatio. Contard. ad l. un. C. s. de moment. pos. quæst. 24. n. 18. & 20. vel si excipiens juris præsumptionem sibi adversam habeat. Cothm. d. l. n. 38. & seqq. & præfertim n. 46. quod uberior declarat Carpzov. p. 2. const. 25. def. 17. Quando autem melioramenta non penitus sunt illiquida, sed veritas illorum præter propter est probata, ac sumptus saltem ex factis melioramentis inesse apparent, licet valor non sit sufficienter liquidatus , vel quando conitata bona esse meliorata , major etiam sumptuum pars jam liquidata est, licet pars quædam adhuc evidenter liquidanda , tunc possessor uti potest retentio- ne, donec illi restituuntur melioramentorum sumptus ante-

quam fiat executio. Contard. n. 25. & 26. cum all. Petra de fideicom.  
quest. 15. n. 307. & Mazay. de fideicom. part. 2. §. 66. Quam senten-  
tiam, tanquam inter duo extrema medium præferendam, cā-  
que distinctione dissidentes conciliari posse arbitratur Anton.  
Niger. d. §. 31. n. 12. n. 45. Negus. de pign. in 4. memb. 5. part. n. 9. 10.  
Alex. Raudens. conf. 17. n. 14. Balthasar Benedell. in tract. de jure prote-  
mises ad S. verum si infra 35. Nic. Eberh. Jun. 2. conf. 24. n. 2. Finkelt.  
obs. 18. n. 64. & obs. 108. n. 12. cum cito. Et cum utriusque partis  
quā maximē consulat indemnitatē, etiam utrinque nullum  
minimumve ingerat captionis, eam pīx cæteris sequi, non  
minus justius est quām tutius. Præ reliquis autem hanc rem  
accuratē tradidit Peregrin. de fideicom. Art. 50. n. 82. §. Ego in hac  
re, ubi docet. Quid si reus sit vir bonus, non litigiosus, aut  
pupillus, actor verò persona difficilis, litigiosa aut potens  
vel melioramenta sint multa, & possessor paratus sit ea doce-  
re & liquidare, pro eo inclinare judex arbitrium debeat & in  
re dubia & pari favere possessori, cui iura retentionis rei et-  
iam post rem judicatam concesserunt: non enim nisi ex ali-  
qua justa causa rem cautioni esse committendam, allegans l. 4.  
§. ait Praetor D. de re jud. Menoch. conf. 704. n. 15. Et hæc pro ra-  
tione instituti hæc vice attulisse sufficiat.

F I N I S.



Strassberg, Diss., 1674-75

X2611022

VD 17



**Farbkarte #13**



13780.

DISPUTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA,  
*DE*

JURE MELI-  
ORATIONUM  
COMPETENTE EMPTORI EX  
PACTO REVENDENTI,

QUAM,

Divina Aspirante Gratia,  
*EX DECRETO*

Magnifici, Amplissimi ac Consul-  
tissimi Juris Consultorum Ordinis, in Fiorentissima  
Argentinensium Universitate,

PRO

*Consequendis Summis in Utroque Jure Honoribus,*

SOLENNI

Examini submittit

FRIDERICUS *Baleman/*  
Lubecensis.

*Die 6. Iulij Anno M DC LXXIV.*

\*\*\*\*\*

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANN.